ÆGYPTIORUM CODICUM RELIQUIÆ

VENETIIS IN BIBLIOTHECA

NANIANA

ASSERVATÆ.

FASCICULUS I.



BONONIÆ

Typis Lælii a Vulpe. Anno MDCCLXXXV.

Superiorum permiſſu.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/aegyptiorumcodic00ming

BENIGNO LECTORI

D. JOHANNES ALOYSIUS MINGARELLIUS

ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

MIraberis forsitan, humanissime Lector, me qui duodecim ab hinc mensibus ægyptias literas, illas scilicet quæ græcæ non sint, ne de facie quidem, ut sic loquar, noveram, Ægyptiorum Codicum Fragmenta non edere solummodo ausum esse, sed latino etiam sermone convertere: itaque interpretationes fortasse meas divinationes potius esse suspicaberis. Omnem igitur suspicionem a me statim removeam necesse est. Ac primum quidem ne tibi nimis audax fuisse videar, quasi onus, cui ferendo impar forem, ultro ac temere suscipere non dubitaverim, res quomodo pedetentim processerint, breviter expono. Quum primum ægyptia hæc Fragmenta Venetiis Bononiam mihi transmissa sunt, ut de illis in extremo græcorum Nanianæ bibliothecæ codicum, qui tunc imprimebatur, Elencho aliquid dicerem; equidem quum paucissima thebaico sermone conscripta in lucem hactenus prodiisse scirem, nihil aliud facere constitueram, nisi ea diligenter quidem descripta, nullo tamen scholio illustrata, typographo imprimenda tradere, quasi Catalogi illius appendicem: sed dispositis postea

illo, quem nunc habent, ordine sexagintaquatuor, quibus constant, membranis; ubi illorum tria Biblica esse deprehendi, Tertii exemplum Romam continuo ad doctissimum Virum Augustinum Giorgium misi, ut illud evulgaret: nam bilingue aliud, thebaicum scilicet græcumque, Euangelii Johannis Fragmentum in lucem ab ipso edi intellexeram. Paulo post autem quum eximium illum virum gravissimis occupationibus distentum tam cito, ut erbar, illud in manus doctorum hominum emissurum non esse comperi, Biblica quæ dixi Fragmenta cum græcis, latinisque exemplaribus conferendo, atque interpretationum saltem varietates adnotando, illustrare ipsemet statui, reliqua sine ullis, ut tunc putabam, scholiis typographo traditurus. Quum primus iste conatus mihi non omnino infeliciter, nisi mea me opinio fallit, successisset, iamque plurimarum thebaicarum dictionum vim hac ratione didicissem; aliquibus cetera etiam Fragmenta heic atque illic illustrare adnotationibus cœpi: quod dum facere pergerem, illud tandem experiri etiam volui, utrum nonnullas saltem eorum partes Latine possem interpretari. Quid plura? Eo demum paulatim ventum est, ut ea non scholiis solum, sed perpetua etiam translatione illustraverim. Nonnulla quidem occurrebant identidem vocabula, quæ cum eorum significationem in tanta thebaicorum scriptorum paucitate detegere ac veluti eruere nullo modo valerem, a proposito me deterrebant: multo tamen pauciora hæc fuerunt, quam initio veritus fueram. Sed illud sancte ac firmiter asseverare possum, ubicunque in ea vocabula inciderim, aut locutiones, quarum ignota mihi esset, vel dubia si-

gni-

gnificatio, ibi Lectorem a me in scholiis religiose monitum fuisse: ubi vero nihil tale moneo, interpretationem meam non divinationem esse, sed genuinam, nisi summopere fallor, translationem.

Septemdecim porro sunt Naniana hæcce Fragmenta, eaque simul omnia ut uno volumine, sic uno eodemque tempore evulgare mens erat: sed ut nonnullorum, ac Voidei potissimum, Adlerique votis aliquo modo satisfacerem, ea nuper in binos quasi Fasciculos partiri coactus fui. Nam Londino quidem literas a clarissimo viro Carolo Voideo *die* 30. *Decembris* 1784. ad me datas Februario mense accepi, quibus hæc præter alia scripta erant. *Fragmenta* (inquit) *Novi Test. Sahidica, quæ N. Test. tertiam partem efficiunt, iam ante tres, et quod excurrit, annos, edenda paraveram. Sed editionem eorundem quædam Universitatis Oxoniensis circumstantiæ impediverunt. Removebuntur tamen brevi, ut spero, hæc impedimenta, et opus hoc tandem prodibit. Nactus sum nuper peropportune quadraginta circiter alia fragmenta ex Ægypto superiori, inter quæ etiam quædam N. T. partes comprehenduntur, quas operi huic interseram. Si tuum opus prodierit, utar eo quoque, et, si tua Fragmenta mihi desint, iis mea adaugebo: si ea iam habeam, conferam ea cum meis.* Hæc ille. Quibus perlectis, quonam pacto Londinum priora decem huius voluminis folia ipsi mittere quamprimum possem, cogitare statim cœpi. Sed cum paucos post dies aliæ ad me clarissimi Derossii literæ Parma allatæ essent, quibus enixe petebat, ut quæcunque folia proximo Junio mense impressa fuerint, ipsi mitterem, ut una cum altero præclaræ suæ Collectionis *Variarum Lectionum Veteris Testamenti* tomo

in Daniam ea transmitteret ad pereruditum studiosissimumque adolescentem Jacobum Adlerum, cui maxime in optatis esset illa quam citissime fieri posset sibi deferri, quid consilii caperem, anceps diutius non mansi, sed volumen continuo in binos, ut dixi, Fasciculos partiri decrevi, ac primum hunc statim evulgare.

De Fragmentis ipsis nihil habeo quod subiungam: de singulis enim satis a me in volumine ipso dictum fuisse comperies. In postremo, id est octavo, Fragmento binas Sancti Antonii Abbatis epistolas thebaica lingua scriptas invenies, alteram ad S. Theodorum, alteram ad Sanctum Athanasium: quas etsi valde breves, libenter tamen, ut spero, excipies, utpote a tanto Viro exaratas, quem universi in terrarum orbe Christiani summopere suspiciunt, colunt, venerantur. Neque vero illæ antehac editæ unquam sunt, atque adeo ex omnibus Sanctissimi Viri opusculis hæ solæ sunt, quas ægyptiaca, qua ille scribebat, lingua exaratas, non vero latine tantum, aut græce, aut arabice conversas, in Europa saltem habeamus.

Illud nunc tantummodo reliquum est, ut quoddam non magni momenti monitum adiiciam, antequam præfandi finem faciam, ne qua in re vel levi minus accuratus fuisse videar. Nimirum ubi librarii punctum scripserunt, ego quoque in prioribus septem Fragmentis illud exscripsi: neque vero me quod hoc fecerim, pœnitet: sed in octavo Fragmento cœpi modo punctum, modo accentum scribere; quod enim iamdiu suspicatus fueram, id verum esse in animum induxi, nempe sicut lineolæ accentuum loco identidem supra literas ab ægyptiis

libra-

librariis ducuntur, ita punctum ad dexterum vocabuli latus appositum non pro puncto, sed pro accentu præcedentem syllabam afficiente habendum plerumque esse, sive ita ægyptiorum ferat consuetudo, sive id Exscriptorum inscitiæ tribuendum sit. Vale. Scribebam Bononiæ ad Sancti Salvatoris, ipsa die Cœnæ Domini, vigesima quarta Martii, anno supra millesimum septingentesimo octogesimo quinto.

ÆGYPTIORUM CODICUM
RELIQUIÆ
VENETIIS IN BIBLIOTHECA NANIANA
ASSERVATÆ.

ÆGYPTIORUM CODICUM RELIQUIÆ.

QUum Indicis græcorum Codicum Naniana in Bibliotheca asservatorum impressio, anno 1781. inchoata, ad finem fere perducta iam videbatur, et pauca tantum folia prelo submittenda restabant, vetustissimæ sexaginta quatuor membranæ ex Ægypto Venetias delatæ, ac Bononiam hinc ad me transmissæ, duodevigesima Februarii die hoc ipso anno 1784. ad manus meas pervenerunt. Aperta arcula obstupui: græcas putabam, ægyptias reperi. Quid facerem? qui in Ægyptia lingua hospes plane essem atque adeo ἀναλφάβητος, ut ne figuras quidem Ægyptiarum litterarum noscerem? nunquam enim suspicatus fueram hujusmodi studium usui mihi aliquando fore. Tentandum aliquid statui, quamvis magistro, duce, grammatica, Lexico, omni demum præsidio destitutus. Kircheri *Prodromum*, Illustrissimi Præsulis Tukii grammaticam, et doctissimi Valpergæ sub Didymi Taurinensis nomine latentis *Rudimentum*, quod forte fortuna Parmæ nuper editum fuerat, mihi comparavi: Borgiana vero S. Coluthi Acta Velitris asservata, et ab eruditissimo viro Augustino Giorgi edita atque illustrata nuper acceperam: tum in Ægyptiæ linguæ studium totis viribus incumbere ausus sum, etsi provectæ iam, imo senili ætati parum aptum id videretur. Magno mihi adiumento Didymus Taurinensis fuit, cujus liber etsi brevior, multo tamen Tukio clarior est. Hujusmodi præsidiis instructus trium priorum codicum reliquias Notis illustrare conatus sum, quas mox videbis. Hisce absolutis mense Maio Lacrozii de Ægyptia lingua optime meriti Lexicon ab humanissimo doctissimoque Præsule Stephano Borgia mihi ultro commodatum, ac Roma missum accepi. Huius ope reliquorum etiam quatuordecim codicum reliquiis lucem aliquam me allaturum speraveram: ubi vero tam exiguum Sahidicarum, quibus Thebaidis incolæ utebantur, vocum numerum ibi recenseri, atque explicari vidi, animum continuo despondi, ac membranas illas fideliter a me iam exscriptas typographo tradere statui quibus potero adnotationibus, aut nullis etiam illustratas, præsertim cum voluminis moles iusto major iam fieri videretur, ac tempus iam esset illud in lucem tandem emittere.

Franciscus interim Barattinius Ægyptias omnes literas ea forma quam in membranis habent, meo jussu ab ipsomet sculptas, cusas, fusasque pro impressione paraverat, earumque Specimen Junio ineunte edidit, homo cuiuslibet quidem litteraturæ expers, mirum tamen in modum accuratus. Specimini vero hæc subscripta erant, quæ nunc emendatius placet exscribere:
ⲁⲛⲟⲕ ⲫⲣⲁⲅⲕⲓⲥⲕⲟⲥ ⲡⲃⲁⲣⲁⲧϯⲛⲟⲥ ⲁⲓϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛⲉⲓ ⲧⲩⲡⲟⲥ ϩⲙ̄ ⲃⲟⲛⲱⲛⲓⲁ ϩⲙ̄ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲟⲩⲙⲏⲧⲥⲁϣϥ ⲛ̄ⲙⲁïⲟⲥ ϩⲙ̄ ⲡⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ ⲭⲥ̄ ϣⲟ ⲙⲛ̄ ⲥⲁϣϥ ϣⲉ ⲙⲛ̄ ϩⲙ̄ⲛⲉϥⲧⲟⲟⲩ:— ⲙⲁⲣⲟⲩ ϣⲏⲡ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲭⲣⲏⲥⲧⲟⲥ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲁⲉⲓⲟⲧⲉ ⲓⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲛⲁⲛⲓ ⲙⲛ̄ ⲣⲁⲫⲁⲏⲗ ⲡⲧⲟⲩϩⲓ ⲛ̄ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲙⲛ̄ ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲟⲥ ⲡⲃⲟⲣⲅⲓⲁ ⲛ̄ⲟⲩⲏⲏⲃ ⲛ̄ⲥⲁⲃⲉ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ϩⲩⲡⲏⲣⲉⲧⲏⲥ ⲛ̄ϩⲉⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲁⲧⲏⲥ ⲛ̄ⲛⲉⲧⲧⲁϣⲉⲟⲉⲓϣ ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲉⲥⲟⲩⲁⲁⲃ ϩⲛ̄ ⲧⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ. ⲙⲁⲣⲟⲩ ϯⲥⲟ ⲛⲁⲓ̈ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲅⲓⲟⲣⲅⲓ ϩⲛ̄ ϩⲣⲱⲙⲏ ⲙⲛ̄ ⲡⲟⲩⲁⲗⲡⲉⲣⲅⲁ ⲡⲉⲧⲁⲩⲅ̄ⲉⲡⲟⲛⲟⲙⲁⲍⲉ ϫⲉ ⲇⲓⲇⲩⲙⲟⲥ ϩⲛ̄ ⲧⲁⲩⲣⲓⲛⲟⲛ ⲙⲛ̄ ⲡⲟⲩⲟⲩⲟⲓⲇⲉ ϩⲛ̄ ⲗⲟⲛⲇⲓⲛⲟⲛ ⲙⲛ̄ ⲡⲇⲉⲣⲟⲥⲥⲓ ϩⲙ̄ ⲡⲁⲣⲙⲁ ⲙⲛ̄ ⲡⲁϣⲃⲣ̄ϫⲱⲛⲉⲩⲧⲏⲥ ⲁⲩⲱ ⲣⲙ̄ⲡⲱⲧϩ ⲛ̄ⲛⲧⲩⲡⲟⲥ ⲡⲃⲟⲇⲱⲛⲓ:—

Sed iam de membranis ipsis dicendum: hæc vero generatim præmonenda censeo. Omnes hi codices vetustissimi sine dubio sunt, et decimo saltem Christi seculo longe antiquiores. Sed quantæ unusquisque antiquitatis sit, meum non est judicare, qui alios codices ægyptia manu exaratos nunquam vidi. singulorum specimina æri insculpta exhibeo: lector eruditus judicet. Membranei omnes sunt, et XVII, aut XVI. manibus exarati, nullus e papyro. Vigintiquatuor litteræ, quas a græcis olim ægyptii, ut Moschi postea, mutuati fuere, ejus formæ sunt, cujus in græcis vetustissimis codicibus. literarum maiorum A, E, Λ, M, Σ, et Ω hæ figuræ nusquam heic conspiciuntur, sed illarum ubique forma hæc est, ⲁ, ⲉ, ⲗ, ⲙ, ⲥ, ⲱ, sive maioris sint, sive minoris magnitudinis. Literæ ⲃ, ⲧ, ⲙ, ⲛ, ⲱ, ϩ nusquam eo modo finguntur, quo apud Kircherum, atque in libris Romæ, Londini, alibique impressis: in quibus ⲃ non modo ejus formæ est, quam huic literæ Moschi tribuerunt in vetusto membraneo Bononiensis nostræ bibliothecæ codice Illyrica, aut Rutena lingua scripto, sed et inferne lineam quasi basim habet: ⲧ superne cornua deformiter inæqualia gerit: litera vero ⲙ latinæ litteræ U ferme similis nonnunquam est: ⲛ figuræ est inelegantis, quæ cum ⲡ facile confunditur: ad dexteram literæ ⲱ parva inferne cauda additur: ac demum literæ sive aspirationis ϩ haud pulcra forma est. Nihil tale nostris in

mem-

membranis occurrit, multoque minus literæ N figura illa, quam Kircherus in Prodromo pag. 286. commemorat, quamque *in fine dictionis* adhiberi ait instar literæ Nun finalis ן Hebræorum: in Psalterio autem Romæ impresso alterius etiam aliquantulum diversæ formæ est. Ægyptii vero nostri, ubi loci angustia integram N literam non capit in fine versus, seu lineæ, compendium illud ipsum adhibent, quod in græcis codicibus, maxime si vetusti sint, invenitur, quod infra videbis in primo Specimine lin. 1. Litera vero sive aspiratio *Hori* eamdem plane formam habet in nostris membranis, quam apud Moschos habet numeri senarii nota in Ruteno quem dixi codice, quamque inferius videbis in Speciminibus, itidem ut veteres reliquarum literarum formas. Vox a voce, interiecto inani spatio, non separatur (quod et in vetustis græcis libris, imo etiam in Ruteno Psalmorum codice, quem superius commemoravi, observare licet), nisi ubi aliqua occurrit interpunctio. Interpungendi autem ratio eadem fere in ægyptiis, atque in græcis codicibus. Punctum interrogationis nullo in loco apponitur. Punctum finale, seu potius nota finalis apud ægyptios, ut apud græcos, est hujuscemodi :— qualem vides in Speciminibus num. 1. Cæsura in extremo versu, quæ dictionem nondum perfectam esse indicet, nulla heic reperitur. Litera Φ etsi eamdem atque græca formam habeat, in omnibus tamen hisce membranis magnum utrinque ventrem, secus atque apud græcos, habet, eumque rubris plerumque punctis interstinctum: cuius rei causam divinare quis valeat? In sinistro margine haud raro signum illud, quod in primo Specimine vides, sive crucem sive asteriscum vocare mavis, apponitur; ibi scilicet, opinor, ubi quid notatu dignum exscriptori videatur. Literæ non tam parvæ sunt, ut in græcis codicibus post septimum, aut octavum Christi seculum exaratis, sed majores: ex quo tamen cave inferas parvis literis ægyptios caruisse: nam hisce ipsis in membranis, quæ Monachorum in Choro, aut in Capitulo legentium usui destinatæ videntur, tametsi literæ sint plerumque fere *unciales*, ubi tamen in fine versus deficit aliquando spatium, literas video minores, et vetustis græcis minusculis similes. In omnibus septemdecim hisce codicibus unaquæque facies seu pagina binas habet columnas, ideoque integra membrana quatuor. Cuncti Sahidica seu Thebaidica dialecto scripti sunt, nullus Memphitica: in nullo tamen invenitur pro ω duplex illud $\overset{o}{o}$ quod La-

cro-

crozius in Sylloge Sahidica memorat pag. 193, alterum supra alterum; sed semper OO in una eademque linea. Contingit quidem aliquando ut scriptor librarius vel ob spatii angustiam, vel quia ex oblivione literam omiserit, eam supra ceteras scribat, idque præsertim literis O, et Ⲩ contingit, ut videre licet in Specimine 1. lin. 2. sed non tam facile adducor ut credam quod Lacrozius ait, consuevisse Thebaidenses pro Memphitico ⲙⲱⲟⲩ exempli gratia, vel pro Saidico ⲙⲟⲟⲩ scribere ⲙ$^{ⲟ}_{ⲟ}$ⲩ. Si quid enim nonnumquam in codicibus occurrit extraordinario modo scriptum, id non est nationi toti, ac linguæ tribuendum.

I.

Ægyptii codicis fragmentum, quatuor membranis constans, longis uncias fere 1 ⅓, latis unc. fere novem mensuræ Bononiensis, nitido charactere scriptus.

Continet Matthæi Euangelium ab extremo versiculo 27. Capitis XVIII. ad vers. 15. cap. XXI. Desunt initio una et triginta membranæ, nimirum 62. paginæ. Progreditur a pag. 60. ad 70^am^.

Hujus Codicis propria hæc sunt. Commatum interpunctiones habet, quas vulgo virgulas dicunt, superne, aut inferne positas, ac spiritui græcorum tenui, et apostropho non absimiles. Lineolæ literis impositæ longiusculæ plerumque sunt: accentus circumflexo græcorum codicum accentui ubique similis, nusquam autem acuto græcorum, aut gravi. Septem in locis numeri marginales recentiore rudique, vetusta tamen manu, et nigriore atramento additi, quibus capitulorum, seu paragraphorum vetus divisio atque initium indicari videtur. Omnia inferius fideliter exhibebo quantum per typos licebit, servata eadem omnino paginarum, columnarum, versuum, literarum distributione quæ in codicibus ipsis conspicitur. De hujus vetustate si quid iudicare possem, eum duobus qui sequuntur, antiquiorem dicerem. Aureo adhuc, ut sic loquar, ægyptiæ scripturæ tempore exaratus certe est, cum literæ ab ægyptiis ipsis nondum deformatæ fuerant, sed elegantes, pulchræ, genuinæ erant. Calligraphus vero hic accuratissimus est, ac de orthographia sollicitus; nullam enim fere lineolam, nullum accentum, nihil hujusmodi aliud omittere solet, ut cæteri sæpe: ab omnibus tamen mendis immunis non est. En prima pagina.

ⲉⲃⲟⲗ·

Pagina I.

ⲉⲃⲟⲗ · ⲁϥⲉⲓ[1]ⲇⲉⲉⲃⲟⲗⲛ̄[2]
÷ ϭⲓⲡϩⲙ̄ϩⲁⲗⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ'
ⲁϥϩⲉ[3]ⲉⲟⲩⲁ[4]ⲛ̄ⲛⲉϥϣⲃⲣ̄
ϩⲙ̄ϩⲁⲗⲡⲁⲓ[5]ⲉⲛⲉⲩⲛ̄
ⲧⲁϥⲉⲣⲟϥⲛ̄ϣⲉ̂ⲛ̄ⲥⲁ
ⲧⲉⲉⲣⲉ[6]ⲁϥⲁⲙⲁϩⲧⲉⲙ̄
ⲙⲟϥⲁϥⲱϭⲧ̄[7]ⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥϫⲉⲁⲩ[8]
v. 29. ⲡⲉⲧⲉⲣⲟⲕ · ⲁϥⲡⲁϩⲧ̄ϥ
ⲇⲉⲛ̄ϭⲓⲡⲉϥϣⲃⲣ̄
ϩⲙ̄ϩⲁⲗⲁϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁ
ⲗⲉⲓⲙ̄ⲙⲟϥⲉϥϫⲱⲙ̄
ⲙⲟⲥϫⲉϩⲣⲟϣⲛ̄ϩⲏⲧ
ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱⲓ̈ⲧⲁⲧⲁⲁⲩ
v. 30. ⲛⲁⲕⲧⲏⲣⲟⲩ · ⲛ̄ⲧⲟϥ
ⲇⲉⲙ̄ⲡϥ̄ⲟⲩⲱϣ'ⲁⲗ
ⲗⲁⲁϥⲃⲱⲕⲁϥⲛⲟϫϥ̄
ⲉⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ̂ϣⲁⲛ
v. 31. ⲧϥ̄ϯⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲣⲟϥ · ⲁⲩ
÷ ⲛⲁⲩⲇⲉⲛ̄ϭⲓⲛⲉϥϣⲃⲣ̄
ϩⲙ̄ϩⲁⲗⲉⲛⲉⲛⲧⲁⲩ
ϣⲱⲡⲉ'ⲁⲩⲗⲩⲡⲉⲓ̂
ⲉⲙⲁⲧⲉ'ⲁⲩⲉⲓ̂ⲁⲩϫⲱ
ⲉⲡⲉⲩϫⲟⲉⲓⲥⲛ̄ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙⲉⲛⲧⲁⲩϣⲱ
v. 32. ⲡⲉ · ⲧⲟⲧⲉⲁϥⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲣⲟϥⲛ̄ϭⲓⲡⲉϥϫⲟⲉⲓⲥ.
ⲡⲉϫⲁϥⲛⲁϥϫⲉⲡϩⲙ̄
ϩⲁⲗⲙ̄ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ'ⲛⲏ̂
ⲧⲏⲣⲟⲩⲉⲧⲉⲣⲟⲕⲁï ⲕⲁⲁⲩ
ⲛⲁⲕⲉⲃⲟⲗⲉⲧⲃⲉϫⲉⲁⲕ
v. 33. ⲥⲉⲡⲥⲱⲡ̄ⲧ, ⲛ̄ϣϣⲉ
ⲛ̄ⲧⲟⲕⲁⲛⲉⲣⲟⲕⲉⲛⲁ̂ⲙ̄
ⲡⲉⲕϣⲃⲣ̄ϩⲙ̄ϩⲁⲗⲛ̄
ⲑⲉϩⲱⲱⲕⲉⲛⲧⲁⲓ̈
v. 34. ⲛⲁⲛⲁⲕ · ⲁϥⲛⲟⲩϭⲥ̄
ⲛ̄ϭⲓⲡⲉϥϫⲟⲉⲓⲥⲁϥϯ
ⲙ̄ⲙⲟϥⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩⲛ̄ⲛ̄
ⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲥⲧⲏⲥϣⲁⲛ
ⲧϥ̄ϯⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲣⲟϥⲧⲏ
v. 35. ⲣϥ̄ · ⲧⲁⲓⲟⲛⲧⲉⲑⲉⲉⲧϥ̄
ⲛⲁⲁⲥⲛⲏⲧⲛ̄ⲛ̄ϭⲓ
ⲡⲁⲉⲓⲱⲧⲉⲧϩⲛ̄ⲙ̄
ⲡⲏⲩⲉ'ⲉⲣⲉⲧⲙ̄ⲡⲟⲩⲁ̂
ⲡⲟⲩⲁ̂ⲕⲱⲉⲃⲟⲗⲙ̄ⲡⲉϥ
ⲥⲟⲛϩⲛ̄ⲛⲉⲧⲛ̄ϩⲏⲧ :—
ⲁⲥϣⲱⲡⲉⲇⲉⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲓ̈ⲥ̂
v. 1. ϫⲱⲕⲉⲃⲟⲗⲛ̄ⲛⲉⲓ̈ϣⲁ
c. 19. ϫⲉⲁϥⲡⲱⲱⲛⲉⲉⲃⲟⲗ
ϩⲛ̄ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁⲁϥⲉⲓ
ⲉϩⲣⲁï ⲉⲛ̄ⲧⲟϣⲛ̄ϯⲟⲩ
ⲟⲩⲇⲁⲓⲁⲉⲡⲉⲕⲣⲟⲙ̄ⲡⲓ
v. 2. ⲟⲣⲇⲁⲛⲏⲥⲁⲩⲟⲩⲁϩⲟⲩ
ⲛ̄ⲥⲱϥⲛ̄ϭⲓϩⲉⲛⲙⲏ
ⲏϣⲉⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩⲁϥ
ⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉⲉⲣⲟⲟⲩϩⲙ̄ⲡ
v. 3. ⲙⲁⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ · ⲁⲩϯ
÷ ⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ̈ⲉⲣⲟϥⲛ̄ϭⲓⲛⲉ
ⲫⲁⲣⲓⲥⲥⲁⲓⲟⲥⲉⲩⲡⲉⲓⲣⲁ
ⲍⲉⲙ̄ⲙⲟϥⲉⲩϫⲱⲙ̄
ⲙⲟⲥϫⲉⲉⲛⲉⲉⲝⲉⲥⲧⲓ̂
ⲙ̄ⲡⲣⲱⲙⲉⲉⲛⲟⲩϫⲉ
ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉⲕⲁ

ADNOTATIONES.

Cap. XVIII. [1] ⲉⲃⲟⲗ. Postrema vox verſiculi 27.
ⲁϥⲉⲓ. prima vers. 28. Porro ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ valet, *exire*. Hanc locutionem videre mihi videor etiam in Actis S. Coluthi p. 83. Itaque tenere me nequeo quin opinionem illo de loco meam heic

expo-

exponam, postquam clariſſimi Georgii incredibilem eruditionem plurimi a me fieri profeſſus fuero, etſi aliter non raro ſentiam atque interpreter. Id autem nemo mirabitur qui noverit Sahidicam linguam haud multis ab hinc annis in Europa innoteſcere cœpiſſe, et nunc veluti reviviſcere, adeo ut Kirchero ignota prorſus fuerit, Lacrozio autem ipſi parum nota. Sed iam affero ipſum locum: ⲙ̄ⲡⲉⲓ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲙⲛ̄ ⲣⲱⲙⲉ ϫⲓⲛϯⲁⲓ: ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ ϩⲏⲧ̄ⲥ̄ ⲉⲛⲧⲁⲙⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲥⲁ ⲡⲁϩⲁⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ. ego ſic verto: *communionem non habui cum homine ex quo exivi ab utero matris meæ, niſi cum marito meo ſolo*. Itaque ⲁⲓ et ⲉⲓ ſimul iungens lego ⲁⲓⲉⲓ: et particulam ⲛ̄ⲥⲁ expono, *niſi*, vel, *excepto*: quo ſenſu acceptam reperies infra in verſ. 17. cap. XIX, ubi ⲛ̄ⲥⲁ ⲟⲩⲁ valet *niſi unus*: *excepto uno*: *præter unum*. Eodemque ſenſu adhibetur in Fragm. VI. pag. 235. ubi Auctor ait: ⲁϣ ϭⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲃⲓⲱ ⲛ̄ⲥⲁ (idest, *niſi*) ⲡϣⲁϫⲉ.. ⲛ̄ⲛⲉⲅⲣⲁⲫⲏ. Denique exſcriptor librarius rectene exaravit ϫⲓⲛϯ ⲁⲓⲉⲓ, an ſcribere debuit, ϫⲓⲛⲧⲁⲓⲉⲓ. Apud Tukium ſane pag. 488. legitur ϫⲓⲛⲧⲁⲓⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ, *ex quo intravi* (*dacchè entrai*). Et pag. 59. ϫⲓⲛ ⲉⲓϫⲓ ⲉⲕⲓⲃⲉ. Neque vero huic librario injurius ſum, dum ita ſuſpicor: nam alia etiam loca non ſine mendis exaravit, ut reor. Quæ hactenus dixit pia femina, ea magis confirmat verbis, quæ proxime ſubjicit: ⲁⲩⲱ ⲉϣⲱⲡⲉ ⲁⲓϫⲱϩⲙ̄ ⲧⲁⲥⲁⲣⲝ ⲙⲛ̄ ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄ϣⲙ̄ⲙⲟ ⲛ̄ⲛⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲣⲟï ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲧⲁⲁⲛⲁⲅⲕⲏ. Quæ interpretari nequeo, quin a doctiſſimi Georgii tranſlatione recedam. Non verbum ϫⲱϩ *tangere* adhibet hoc loco Ægyptius hiſtoricus, ſed verbum ϫⲱϩⲙ̄, *inquinare*: quod memphitice eſt ⲥ̄ⲱϧⲉⲙ. In voce vero ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ non latet verbum ⲛⲁⲩ, *videre*, ſed valet, *in hora*: *tempore*: ſic apud Tukium pag. 500. ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲣⲟⲩϩⲉ (ut alia omittam exempla) valet, *tempore veſpertino*, et p. 525 ⲛ̄ⲧⲁϣⲛ̄ⲛⲁⲩ, *qua hora*. Demum ⲁⲛⲁⲅⲕⲏ, *neceſſitas*, denotat etiam *afflictionem* apud Helleniſtas, ut recte docet magnus Mazochius in Spicilegio tom. 3. pag. 164, eamdemque ſignificationem ab Ægyptiis quoque interdum ei voci tribui crediderim: crebro enim græciſſant. Itaque ſic libenter interpretarer: *quod ſi carnem meam cum alieno homine inquinaſſem, Dominus me non exaudiret in hora* (*i. e. tempore*) *neceſſitatis* (vel, *anguſtiæ*) *meæ*.

[2] Nota lineolam nimis longam in articulo ⲛ̄ⲟ̄ⲓ; parvam crucem in margine; et comma, ſeu virgulam in extrema ſecunda linea.

[3] De radice ϩⲉ, quæ et *invenire* ſignificat, et *deficere*, et

cade-

cadere, agit vir doctissimus Augustinus Georgius locum quemdam Actorum S. Coluthi illustrans, tomo 4. *Anecd. Litter.* pag. 99. et 101. Sed si a tanti viri opinione discedere liceret, aliam eius loci interpretationem proponerem. Verba Ægyptii Scriptoris sunt: ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲛ̄ⲅϩⲟⲥⲉ ⲁⲛ ⲉⲧⲣⲉⲕϩⲉ ⲉⲣⲟⲥ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̄. Georgius sic vertit: *et difficultas non faciet eam* (mulierem) *tibi deficere in directione*. Mallem sic: *et non defatigaberis, ut eam rectà invenias* (*e non durerai fatica a trovarla a dirittura*). Nimirum in ⲛ̄ⲅ litera ⲅ est pro litera ⲕ, nota secundæ personæ, ut inferius XIX. 20, et apud Tukium pag. 355, et alibi passim. ϩⲟⲥⲉ autem verbum puto esse, non nomen. Quæ cum ita sint, dici nequit, ibi ⲅϩ positum esse pro vehementiori Memphitarum aspiratione ϧ.

[4] ⲉⲟⲩⲁ̂, *unum*. Accentus est supra ⲁ.

[5] ⲡⲁï. Duo puncta supra ⲓ non promiscue scribit hicce calligraphus, ut alii, sed tunc tantum cum vocalis præcedit, ut in ⲉϩⲣⲁï, ⲉϫⲱï, ⲧⲉï, et similibus; tunc scilicet ut coniicio, cum ⲁⲓ, ⲉⲓ ita pronunciari debent, ut utriusque literæ sonus audiatur, non vero græcorum more, *e*, et *i*, sed *ai*, et *ei*.

[6] ⲛ̄ϣⲉ̂ *centum*. Accentus est supra ⲉ. Minutiora hæc si per typos exhiberi poterunt, lector ipse observabit in posterum. ⲛ̄ⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ, *denarios*. Nomen hoc ⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ, *denarius*, Lacrozius in Sylloge omittit, ut alia innumerabilia. Memphita diceret ⲥⲁⲑⲏⲣⲓ. Cetera vocabula, quibus Sahidica Lacrozii Sylloge hinc locupletari potest, per se observet eruditus Lector: nam passim occurrent.

[7] ⲁϥⲱϭ̄ⲧ *strangulavit*. Radicem Thebaidicam ⲟϭⲧ, *strangulare*, imo etiam vocem ⲁϥⲟϭ̄ⲧ, *strangulavit*, habet Lacrozius in Sylloge, sed utramque cum ⲟ parvò scribit. Thebaidenses verbum ⲱϭ̄ⲧ duxisse videntur a Memphitico ⲱϣϯ, quod est *trahere incedendo* (*strascinarsi dietro*).

[8] Notanda hæc vox ⲁⲩ *redde*, *da*, *cedo*. In Actis S. Coluthi pag. 85. legitur vox ⲁⲩⲉⲓⲥ, quam Georgius vertit, *sine*, i. e. permitte. Memphitæ dicunt ⲁⲩⲓⲥ, φέρε, *fer*, quod Lacrozius in Lexico derivat ex verbo Memph. ⲓ, et affixo fæminino ⲥ. Nonne suspicari possumus voculam ⲁⲩⲉⲓⲥ compositam esse ex hoc nostro ⲁⲩ, et dictione ⲉⲓⲥ, *ecce?* ita tamen ut in familiari sermone ⲁⲩⲉⲓⲥ valeat, φέρε, *eja*, *cedo*, aut etiam *sine*, *permitte*.

Vers. 29. ⲁϥⲡⲁϩⲧ̄ϥ ⲇⲉ [1] ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉϥϣⲃⲣ̄ϩⲙ̄ϩⲁⲗ [2] ⲁϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ [3] ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ϩⲣⲟϣ ⲛ̄ϩⲏⲧ [4] ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱï ⲧⲁⲧⲁⲁⲩ [5] ⲛⲁⲕ ⲧⲏⲣⲟⲩ.

[1] ⲇⲉ, *autem*. Græcus textus, οὖν, *ergo*. Vulgatus, *et*.

[2] Gr. text. addit: εἰς τὺς πόδας αὐτϐ, *ad pedes eius*: quæ in Vulg. non leguntur. Ægyptius noster ea omittens Vulgatum hoc in loco sequitur, non, ut alibi plerumque, græcum.

[3] Gr. et Vulg. παρεκάλει, *rogabat*. Ægyptius græci textus verbum παρακαλεῖν retinet ægyptia terminatione: ⲁϥⲡⲁⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ, *rogavit*, *hortatus est*.

[4] ϩⲣⲟϣ ⲛ̄ϩⲏⲧ, *patientiam habe*. De memphitico verbo ϩⲣⲟϣ, cujus loco scribitur etiam ϩⲟⲣϣ, *gravari*, vide Lacrozium. Quid autem in Thebaide valeret hæc locutio ϩⲣⲟϣ ⲛ̄ϩⲏⲧ, ex nostro ægyptio Int. discimus. Ex quarti vero codicis reliquiis pag. ⲥⲋ paulo post addiscemus abstractum nomen in superiore ægypto hinc efformatum, ⲙⲛ̄ⲧϩⲁⲣ̄ϣϩⲏⲧ, *patientia*, *longanimitas* (*l' andar tolerando*).

[5] ⲧⲁⲧⲁⲁⲩ, *et ego reddam*. Verbum ⲧⲁⲁ Lacrozio ignotum, valet *dare*, *tradere*, ut mox videbis rursus Johann. XI. 22, et apud Tukium sæpe. Quod si ei addatur particula ⲉⲃⲟⲗ, valet *emittere*, *dar fuori*, ut in Actis S. Coluthi pag. 85, ubi legimus: ⲁⲩⲧⲁⲩ ⲉⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ, *dederunt aquam foras*, i. e. emiserunt, *mandarono fuori*. Nempe ⲁⲩⲧⲁⲩ ⲉⲙⲟⲟⲩ positum est pro ⲁⲩⲧⲁⲁⲩ ⲉⲙⲟⲟⲩ, si exscriptor non erravit. Additamentum vero syllabæ inseparabilis ⲧⲁ ante ⲧⲁⲁⲩ valet, *et ego*. Exempla in Tukio passim occurrent. In Actis quoque S. Coluthi pag. 81. ⲧⲁϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ valet, *et ego perficiam*: ac pag. 85. rursusque 86. ⲧⲁⲙⲁϩⲟⲩ, *Et ego implebo eos*: ac demum pag. 95. ⲧⲁϯ, *et ego dabo*.

Vers. 30. ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲙ̄ⲡϥ̄ⲟⲩⲱϣ' ⲁⲗⲗⲁ ⲁϥⲃⲱⲕ ⲁϥⲛⲟϫϥ̄ [1] ⲉⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ̂ [2] ϣⲁⲛⲧϥ̄ϯ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲣⲟϥ.

[1] ⲁϥⲛⲟϫϥ̄... *Lo cacciò* (*in prigione*). Radix est ⲛⲟⲩϫⲉ Lacrozio ignota, quæ affixis conjuncta amittit ⲩ, et ⲉ.

[2] ⲉⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ̂, *in carcerem*. Primæ literæ ⲉ infima portio tantum remanet in codice, perforatâ ibi membrana: sed perspicuum est ita scriptum fuisse: nam ⲉ heic valet *in*. Simile quid evenisse opinor in S. Coluthi Actis ubi cl. vir. Georgius pag. 83. edidit: ⲙ̄ⲡⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲕ̄ ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁ ⲙ̄ⲡⲁϩⲁⲓ, et vertit, *præter tui*, *mariti mei*, *consuetudinem*. Literam ⲟ in membrana veteri deletam magna ex parte fuisse, aut evanuisse suspicor, ac legendum esse: ⲙ̄ⲡⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ ⲙ̄ⲡⲁϩⲁⲓ, i. e. *excepta consuetudine mariti mei*. Nam neque græca est, nec ægyptia vox ⲥⲓⲛⲱⲛⲓⲁ, ac si ita emendemus, longe clarior est oratio.

Vers.

Vers. 31. ⲁⲩⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉϥϣⲃⲣϩⲙ̄ϩⲁⲗ ⲉⲛⲉⲛⲧⲁⲩϣⲱ-
ⲡⲉ ⲁⲩⲗⲩⲡⲉⲓ̂ [1] ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲁⲩⲉⲓ̂ ⲁⲩϫⲱ ⲉⲡⲉⲩϫⲟⲉⲓⲥ ⲛ̄ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙ ⲉⲛⲧⲁⲩϣⲱⲡⲉ.

[1] ⲁⲩⲗⲩⲡⲉⲓ̂, *contristati sunt*. Gr. ἐλυπήθησαν. Æg. Int. græcum verbum retinens ægyptiace terminat dicens ⲗⲩⲡⲉⲓ̂ pro λυπᾶσθαι, non vero pro λυπᾶν.

Vers. 32. ⲧⲟⲧⲉ ⲁϥⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉϥϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉ-
ϫⲁϥ [1] ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲡϩⲙ̄ϩⲁⲗ ⲙ̄ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ [2] ⲛⲏ̄ [3] ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲉ-
ⲣⲟⲕ ⲁⲓ̈ⲕⲁⲁⲩ ⲛⲁⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲉ [4] ⲁⲕⲥⲉⲡⲥⲱⲡ̄ⲧ, [5]

[1] ⲡⲉϫⲁϥ, *dixit*. Gr. λέγει, *dicit*. Vulg. *ait*.

[2] Gr. πονηρὲ, *nequam*. Ægyptius græcam vocem ægyptiam facit. ⲙ̄ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲥ, *o nequam*.

[3] ⲛⲏ̄. Gr. ἐκείνην, *illam*. Vulg. pronomen hocce omittit. Ægyptius Int. græcum sequitur, et habet: *hæc omnia debita tua*.

[4] ⲉⲧⲃⲉϫⲉ, *propterea quia*. Notanda hæc particula: de illa enim tacet Lacrozius quum in Memphitico ⲉⲑⲃⲉ, tum in Sahidico ⲉⲧⲃⲉ.

[5] ⲁⲕⲥⲉⲡⲥⲱⲡ̄ⲧ, *rogasti me*. De radice ⲥⲟⲡⲥⲉⲡ, et de decurtata ⲥⲟⲡⲥ docte Georgius pag. 191. Heic habemus etiam ⲥⲉⲡⲥⲱⲡ, et apud Tukium pag. itidem 191. ⲥⲉⲡⲥ; ibi enim legitur, ϯⲛⲁⲥⲉⲡⲥ, *rogabo*. Videntur ergo ægyptii, Hebræorum instar, consonantium magis, quam vocalium rationem nonnumquam habuisse, quod multis exemplis confirmari posset.

Vers. 33. ⲛ̄ϣϣⲉ [1] ⲛ̄ⲧⲟⲕ ⲁⲛ ⲉⲣⲟⲕ ⲉⲛⲁ̂ [2] ⲙ̄ⲡⲉⲕϣ-
ⲃⲣϩⲙϩⲁⲗ ⲛ̄ⲑⲉ ϩⲱⲱⲕ ⲉⲛⲧⲁⲓ̈ⲛⲁ ⲛⲁⲕ.

[1] ⲛ̄ϣϣⲉ. Vulg. addit, *ergo*. Gr. et æg. omittunt. Codex tamen Cantuariensis addit οὖν.

[2] ⲉⲛⲁ̂. Cum accentu. Sed mox ⲉⲛⲧⲁⲓ̈ⲛⲁ, sine accentu.

Vers. 34. ⲁϥⲛⲟⲩϭ̄ⲥ̄ [1] ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉϥϫⲟⲉⲓⲥ ⲁϥϯ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲧⲟ-
ⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛ̄ⲃⲁⲥⲁⲛⲓⲥⲧⲏⲥ [2] ϣⲁⲛⲧϥ̄ϯ ⲙⲡⲉⲧⲉⲣⲟϥ ⲧⲏⲣϥ̄.

[1] ⲁϥⲛⲟⲩϭ̄ⲥ̄. Ignota Lacrozio radix ⲛⲟⲩϭ̄ⲥ̄, *irasci*. Innotuit nuper ex Tukio, apud quem pag. 418. ϯⲛⲟⲩϭ̄ⲥ̄ est *exacerbare*.

[2] Vox e græco textu sumpta, qui habet τοῖς βασανισταῖς, *tortoribus*.

Vers. 35. ⲧⲁⲓ̈ⲟⲛⲧⲉⲑⲉ ⲉⲧϥ̄ⲛⲁⲁⲥ ⲛⲏⲧⲛ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ
ⲉⲧϩⲛ̄ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ [1] ⲉⲣⲉⲧⲙ̄ⲡⲟⲩⲁ̂ ⲡⲟⲩⲁ̂ ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ [2] ⲙ̄ⲡⲉϥⲥⲟⲛ
ϩⲛ̄ ⲛⲉⲧⲛ̄ϩⲏⲧ.

[1] ⲉⲧϩⲛ̄ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ̀. Gr. et Vulg. ὁ ἐπουράνιος, *cælestis*. Ægypt. eodem sensu: *qui in cælis est*.

[2] ⲉⲣⲉⲧⲙ̄ⲡⲟⲩⲁ̂ ⲡⲟⲩⲁ̂ ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ, *si non remiseritis unusquis-*

quisque. Gr. addit, τὰ παραπτώματα αὐτῶν, *ipsorum delicta*, seu *offensiones*. Id neque in Vulg. est, nec in Ægyptio Interprete, neque in Cod. Cantuariensi. Ægyptius calligraphus ubi desinit caput XVIII, apponit notam finalem, ut græci.

Cap. XIX. Vers. 1. ⲁⲥϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ [1] ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲓ̅ⲥ̅ [2] ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛⲉⲓ̈ϣⲁϫⲉ ⲁϥⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ ⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ̈ ⲉⲛ̄ⲧⲟϣ ⲛ̄ϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ [3] ⲉⲡⲉⲕⲣⲟ [4] ⲙ̄ⲡⲓⲟⲣⲇⲁⲛⲏⲥ.

[1] ⲇⲉ, *autem*. Gr. et Vul. καὶ, *et*. Has parvi momenti varietates lector ipse in sequentibus notare poterit. Numerus marginalis ⲩ, i. e. *90*, ad initium pertinet hujus capitis: adeo autem a genuina ac vetusta forma ⲩ desciscit, ut latinæ literæ u similis fere videatur: quam formam in nullo e sequentibus sexdecim codicibus habet. Multis itaque post exaratum codicem seculis additos puto numeros hosce marginales. Margo ipse heic phrygio opere ornatus ac pictus est variis coloribus, ut alibi sæpe quum in hoc, tum in aliis qui sequuntur.

[2] ⲓ̅ⲥ̅. Nomen integrum ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ numquam in his membranis invenies: ubique per compendium scribitur. ⲁϥⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ, *transmigravit*. Verbum ⲡⲱⲱⲛⲉ Sahidicum plane. Lacrozius in Sylloge scribit etiam ⲡⲱⲛⲉ, et ⲡⲟⲟⲛ. Apud Jeremiam sane XIV. 19. mox videbis ⲁⲩⲡⲟⲟⲛⲉϥ, ubi propter suffixum pronomen, opinor, ⲱ vertitur in ⲟ.

[3] ⲛ̄ϯⲟⲩⲟⲩⲇⲁⲓⲁ. Humanum est errare. Mendum scriptoris librarii corrige, et scribe ⲛ̄ϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ, quamvis apud Tukium pag. *64*, et *75*. in textibus Thebaidicis impressum legatur ϯⲓⲟⲩⲇⲁⲓⲁ.

[4] ⲉⲡⲉⲕⲣⲟ, πέραν, *trans.* Memph. ϫⲣⲟ, Said. ⲕⲣⲟ est *littus*, *ripa*.

Vers. 2. ⲁⲩⲟⲩⲁϩⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲱϥ ⲛ̄ϭⲓ ϩⲉⲛⲙⲏⲏϣⲉ ⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩ ⲁϥⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉ [1] ⲉⲣⲟⲟⲩ ϩⲙ̄ⲡⲙⲁ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ.

[1] Verbum ⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉ, *curare*, *sanare*, ignotum Lacrozio. Affert pag. 189. nomen ⲡⲁϩⲣⲉ, sed non explicat.

Vers. 3. ⲁⲩϯ ⲡⲉⲩⲟⲩⲟⲓ̈ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲥⲁⲓⲟⲥ [1] ⲉⲩⲡⲉⲓⲣⲁⲍⲉ [2] ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲩϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ [3] ϫⲉ ⲉⲛⲉ ⲉⲝⲉⲥⲧⲓ̂ [4] ⲙ̄ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲉⲛⲟⲩϫⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ ⲕⲁ [5]...

[1] Pharisæorum ægyptium nomen cum duplici ⲥⲥ scribitur etiam in codice sequenti. Cur græcorum hac in re scripturam non sequantur ægyptii, nescio: nisi forte literæ hebraicæ *Shin* duo ⲥⲥ melius respondere crediderint quam unum, literam vero hebraicam *Samech* per unum ⲥ exprimi: quod mihi sane non displicet.

[2] Gr.

[2] Gr. text. πειράζοντες. Inde Ægypt. ⲉⲩⲡⲉⲓⲣⲁⲍⲉ.

[3] Gr. addit αὐτῷ, *ei*. Vulg. et æg. omittunt.

[4] ⲉⲝⲉⲥⲧⲓ̂. Gr. text. ἔξεστιν. Quod idem est. Exscriptor accentum supra ⲓ ponit, ut solet in græcis vocibus.

[5] Mendum aliud diligentis ceteroqui exscriptoris. Syllabam ⲕⲁ dele aut heic, aut initio sequentis paginæ.

Pagina II.

ⲙⲁⲑ ⲝ̄ⲇ̄

v. 4. ⲕⲁⲧⲁⲁⲓⲧⲓⲁⲛⲓⲙ[1] · ⲛ̄ⲧⲟϥ
ⲇⲉⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ⲉϥϫⲱ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ · [2]ⲇⲉⲙ̄ⲡⲉⲧⲛ̄
ⲟϣϥ̄[3]ϫⲉⲡⲉⲛⲧⲁϥ
ⲥⲱⲛ̄ⲧ̄[4]ⲇⲓⲛⲛ̄ϣⲟ
ⲣⲡ̄ⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲙⲓⲉⲟⲩ
ϩⲟⲟⲩⲧ[5]ⲙ̄ⲛⲟⲩⲥϩⲓⲙⲉ.
v. 5. ⲁⲩⲱ[1]ⲉⲧⲃⲉⲡⲁⲓ̈ⲡⲣⲱ
ⲙⲉⲛⲁⲕⲁⲡⲉϥⲉⲓⲱⲧ
ⲛ̄ⲥⲱϥⲙⲛ̄ⲧⲉϥⲙⲁ
ⲁⲩ[2]ⲛϥ̄ⲧⲱϭⲉ[3]ⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲉⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ'ⲛ̄ⲥⲉϣⲱ
ⲡⲉⲙⲡⲉⲥⲛⲁⲩⲉⲩⲥⲁ
v. 6. ⲣ̄ⲝ̄[4]ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ · ϩⲱⲥⲧⲉ
ϭⲉ[1]ⲛ̄ⲥⲛⲁⲩⲁⲛⲁⲗⲗⲁⲟⲩ
ⲥⲁⲣ̄ⲝ̄ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧⲧⲉ ·
ⲡⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉϭ̄ⲉ
ϣⲟⲛ̄ⲃ̄[2]ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉⲛ̄
v. 7. ⲣⲱⲙⲉⲡⲟⲣϫϥ̄ · ⲡⲉ
— ϫⲁⲩⲛⲁϥϫⲉⲉⲧⲃⲉⲟⲩ
ϭⲉⲙⲱⲩⲥⲏⲥ[1]ϩⲱⲛ
ⲉⲧⲟⲟⲧⲛ̄ⲉϯⲛⲁⲩⲛ̄
ⲟⲩϫⲱⲱⲙⲉ[2]ⲛ̄ⲧⲟⲩ
v. 8. ⲉⲓⲟⲉⲛⲟϫⲟⲩⲉⲃⲟⲗ · ⲡⲉ
ϫⲁϥⲛⲁⲩϫⲉⲉⲧⲃⲉⲧⲉ
ⲧⲛ̄ⲙⲛ̄ⲧⲛⲁϣⲧ̄
ϩⲏⲧⲁⲙⲱⲩⲥⲏⲥϯ
ⲧⲉϩⲓⲏⲛⲏⲧⲛ̄ⲉⲛⲟⲩ
ϫⲉ'ⲉⲃⲟⲗ[1]ⲛ̄ⲛⲉⲧⲛ̄ϩⲓ
ⲟⲙⲉ · ϫⲓⲛⲧⲉϩⲟⲩⲉⲓⲧⲉ
ⲇⲉⲙ̄ⲡⲥ̄ϣⲱⲡⲉϩⲓ

v. 9. ⲛⲁⲓ̈ · ϯϫⲱⲇⲉⲙ̄ⲙⲟⲥ
ⲛⲏⲧⲛ̄ϫⲉⲡⲉⲧ[1]ⲛⲁ
ⲛⲟⲩϫⲉⲉⲃⲟⲗⲛ̄ⲧⲉϥ
ⲥϩⲓⲙⲉⲁϫⲛ̄ⲟⲩϣⲁ
ϫⲉ[2]ⲙ̄ⲡⲟⲣⲛⲓⲁ'[3]ⲛϥ̄ϩⲙⲟ
ⲟⲥⲙⲛ̄ⲕⲉⲟⲩⲉⲓ̂ϥⲟ̂ⲛ̄
v. 10. ⲛⲟⲉⲓⲕ · [4]ⲡⲉϫⲁⲩⲛⲁϥ
÷ ⲛ̄ϭⲓⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ
ϫⲉⲉϣϫⲉⲧⲁⲓ̈ⲧⲉⲧⲁⲓ
ⲧⲓⲁ[1]ⲙ̄ⲡⲣⲱⲙⲉ'ⲉⲙⲛ̄
ⲧⲉϥⲥϩⲓⲙⲉ'ⲛ̄ⲥⲣ̄ⲛⲟϥⲣⲉ[2]
v. 11. ⲁⲛⲉϫⲓϩⲓⲙⲉ[3] · ⲛ̄
ⲧⲟϥⲇⲉⲡⲉϫⲁϥⲛⲁⲩ
ϫⲉⲙⲛ̄[1]ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙϥⲓ̂
ϩⲁⲡⲉⲓ̈ϣⲁϫⲉ'ⲁⲗⲗⲁ
ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲧⲁⲁϥⲛⲁⲩ
c. 12. ⲡⲉ · ⲟⲩⲛ̄ϩⲉⲛⲥⲓⲟⲩⲣ
÷ ⲅⲁⲣⲉⲛⲧⲁⲩϫⲡⲟⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ϩⲏⲧⲥ̄ⲛ̄ⲧⲉⲩ
ⲙⲁⲁⲩⲛ̄ⲧⲉⲓ̈ϩⲉ · ⲁⲩⲱ
ⲟⲩⲛ̄ϩⲉⲛⲥⲓⲟⲩⲣⲛⲁⲓ̈ⲛ̄
ⲧⲁⲩⲁⲁⲩⲛ̄ⲥⲓⲟⲩⲣⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲟⲩⲛ̄ⲛ̄ⲣⲱ
ⲙⲉ · ⲁⲩⲱⲟⲩⲛ̄ϩⲉⲛ
ⲥⲓⲟⲩⲣⲛⲁⲓ̈ⲉⲛⲧⲁⲩⲁⲁⲩ
ⲛ̄ⲥⲓⲟⲩⲣⲙ̄ⲙⲓⲛⲙ̄ⲙⲟ
ⲟⲩⲉⲧⲃⲉⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ
ⲛ̄ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ[1] · ⲡⲉⲧⲉ
ⲟⲩⲛ̄ϭⲟⲙⲙ̄ⲙⲟϥⲉϥⲓ̂
v. 13. ⲙⲁⲣⲉϥϥⲓ · ⲧⲟⲧⲉ
ⲁⲩⲉⲓⲛⲉⲛⲁϥⲛ̄ϩⲉⲛ

[1] Gr.

[1] Gr. text. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, *quacunque ex causa*. Ægyptius Int. binas e græco voces mutuatur. S. Matthæi nomen theb. ⲙⲁⲑⲑⲁⲓⲟⲥ superior margo alternis habet.

Vers. 4.) [2] Gr. text. et Vulg. Int. addunt αὐτοῖς, *ipsis*. An suspicabimur omissum esse ⲛⲁⲩ a librario? At ne Codex quidem Cantuar. cui ægyptius Int. haud raro consentit, pronomen illud habet.

[3] Radix ⲱϣ non solum apud Memphitas valebat *legere*, sed et in Thebaide.

[4] Vulg. addit, *hominem*. Gr. et ægyptius omittunt.

[5] Memphitice ϩⲱⲟⲩⲧ, *masculus*.

Vers. 5.) [1] ⲁⲩⲱ. Gr. et Vulg. addunt εἶπεν, *dixit*. ægyptius Int. omisit, et subintelligi voluit: alioqui vertisset, ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ⲉⲧⲃⲉ...

[2] Gr. et Vulg. τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, *patrem et matrem*. ægyptius, *patrem suum, et matrem suam*.

[3] Memphitice ⲧⲱⲙ. Sahidice ⲧⲱⲥⲉ. Vox addenda Sahidicis.

[5] Gr. εἰς σάρκα, *in carne*, aut *in carnem*. Ægypt. habet græcum nomen ⲥⲁⲣⲝ cum ⲉⲩ pro ⲉⲟⲩ. Miror supra literas ⲣⲝ lineolam esse utrasque complectentem: nihil enim sane supplendum est inter pronunciandum. Attamen codice ix. pag. ⲡⲍ col. 2. vox ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲝ scribitur et ipsa cum lineola supra ⲅⲝ.

Vers. 6.) [1] Gr. text. ὥστε οὐκέτι. Vulg. *itaque iam*. Ægypt. retinet ϩⲱⲥⲧⲉ, et addit ϭⲉ, quod valere solet *ergo*: sed ex hoc loco apparet ϭⲉ in Thebaide valuisse etiam, *Jam*.

[2] ϣⲟⲛⲃ valet *conjungere*, ut ex hoc loco discimus, et ⲡⲟⲣϫ *separare*. Vide Tukium pag. 219.

Vers. 7.) [1] ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ. Accuratus calligraphus supra literam ⲩ heic unum punctum ponit, tum duo paulo post: ut nomen trium syllabarum esse indicet, non duarum, sicut opinor. Quæ vero sequuntur, eumdem sensum quidem habent, quem græcus textus, et Vulg. Interpres: sed verba discrepant. Totum versiculum sic ad verbum interpretor: *quare ergo Moyses præcipit nobis dare ipsis libellum repudii* (sive *retributionis*) *ad dimittendas* (*ejiciendas*) *eas?*

[2] ϫⲱⲱⲙⲉ, Memphitice ϫⲱⲙ, est *libellus*. ⲧⲟⲩⲉⲓⲟ Sahidice ex Psalmo XCIV. 2. apud Tukium pag. 345. est ἀνταπόδοσις, *retributio* (*il contracambio*). Memphitice vero τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου, *libellus repudii*, apud Isaiam L. 1. dicitur ⲡϫⲱⲙ ⲛ̄ϩⲓⲟⲩⲓ ⲉⲃⲟⲗ, ut Lacrozius monet pag. 170.

Vers.

Vers. 8.) [1] ЄNOYϪЄ' ЄBOλ, *di cacciar via*. Notandus accentus in fine verbi NOYϪЄ', qui tamen paulo post omittitur.

Vers. 9.) [1] Gr. ὅς ἂν. Vulg. *quicunque*. Ægypt. ПЄТ, *ille qui*.

[2] Gr. text. et Vulg. Int. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, *nisi ob fornicationem*. Sed Cod. Cantuar. παρεκτὸς λόγου πορνείας: quæ ægyptius ad verbum vertit.

[3] ⲘⲠOPNIⲁ'. Int. æg. retinet vocem græci textus. Librarius vero eam depravat scribens I pro ЄI, more (ut communis fert opinio) memphitico. Malim scripsisset ⲘⲠOPNЄIⲁ' more Thebaidico, et elegantiore.

[4] NⲰIK memphitice, *adulter*, *mœchus*, Sahidice NOЄIK. Nota accentum in OYЄÎ, *una* (memph. OYI), et in ϤÔ, *est*, (memph. ϤOI, aut ЄϤOI). Quia vero in hoc vers. 9. verbum μοιχᾶται, *mœchatur*, bis occurrit, exscriptor humani quid passus a primo loco ad secundum transiit, et intermedia omisit, καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται, *et qui dimissam duxerit, mœchatur*: quorum verborum ægyptia versione Thebaidice facta privati sumus hac de causa. Hujusmodi menda in omnibus quarumlibet linguarum codicibus sæpe occurrunt. Hinc orta celebris illa omissio vers. 7. cap. V. ep. 1. Joannis multis in membranis: *Tres sunt qui testimonium dant in cælo* etc.

Vers. 10.) [1] TⲁITIⲁ. Gr. eodem vocabulo: ἡ αἰτία.

[2] Gr. et Vulg. *cum uxore*. Æg. addit pronomen TЄϤ, *sua*.

[3] De voce CP̄NOϤPЄ vide in seq. Fragmento, XI. 50.

[4] ϨIⲘЄ. Scriptor librarius exaraverat CϨIⲘЄ. Nunc literæ C vestigia tantum manent, ac spatium ubi ea fuit. An casu, an consulto deleta fuerit, ignoro. Si memphitæ dicunt ϨIⲘI pro CϨIⲘI, *mulier*, Thebaidensibus quoque usitatum esse potuit etiam ϨIⲘЄ pro CϨIⲘЄ, præsertim cum pluraliter *mulieres* et ϨIOⲘЄ nemine diffitente dicantur et ϨIOⲘI sine litera C.

Vers. 11.) [1] Notandum illud ⲘN̄, cui negandi vis heic tribuitur, quasi esset ⲘⲘON. Sic etiam vers. 17. hujus capitis.

Vers. 12.) [1] N̄ⲘⲠHYЄ. Paulo post invenies N̄ⲘⲠHOYЄ. Quod indicio est heic OY pronunciari ut v consonantem. Ceterum constantem ac certam semper non esse orthographiam apud ægyptios librarios apparet. Ita ex. gr. verbum ϤI in hoc ipso vers. 12. scribitur cum accentu in ЄϤÎ, et sine illo in ⲘⲁPЄϤ ϤI.

ϢHPЄ-

Pagina III.

ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ ϫⲉⲕⲁⲥ
ⲉϥⲉⲧⲁⲗⲉ ⲛⲉϥϭⲓϫ
ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱⲟⲩ ⲛ̄ϥ
ϣⲗⲏⲗ · ⲙ̄ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ
ⲇⲉ ⲁⲩⲉⲡⲓⲧⲓⲙⲁ̂ [1] ⲛⲁⲩ.
v. 14. ⲡⲉϫⲁϥ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄ ϫⲉ
ⲕⲁ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ'
ⲁⲩⲱ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲕⲱⲗⲩ̂ [1] ⲙ̄
ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲧⲣⲉⲩⲉî ϣⲁⲣⲟï,
ⲧⲁⲛⲁï ⲅⲁⲣ ⲛ̄ⲧⲉïⲙⲓⲛⲉ'
ⲧⲉ ⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ̂ ⲛ̄ⲙ̄ⲡⲏ
v. 15. ⲟⲩⲉ · ⲁϥⲧⲁⲗⲉ ⲛⲉϥϭⲓϫ
ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱⲟⲩ ⲁϥⲃⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ ⲡⲙⲁ ⲉⲧⲙ̄
v. 16. ⲙⲁⲩ · ⲉⲓⲥ [1] ⲟⲩⲁ̂ ⲇⲉ ⲁϥϯ
ⲡⲉϥⲟⲩⲟï ⲉⲣⲟϥ ⲉϥϫⲱ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲥⲁϩ ⲛ̄ⲁⲅⲁ
ⲑⲟⲥ [2] ⲟⲩⲡⲉϯⲛⲁⲁϥ ϫⲉ
ⲕⲁⲥ ⲉïⲉϫⲓ' [3] ⲙ̄ⲡⲱⲛ̄ϩ
v. 17. ϣⲁⲉⲛⲉϩ · ⲛ̄ⲧⲟϥ
ⲇⲉ [1] ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲁϩⲣⲟⲕ ⲕⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟï
ϫⲉ ⲡⲁⲅⲁⲑⲟⲥ [2]. ⲙⲛ̄ ⲁⲅⲁ
ⲑⲟⲥ ⲛ̄ⲥⲁ [3] ⲟⲩⲁ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ·
ⲉϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ⲕⲟⲩⲱϣ
ⲉⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲱ
ⲛ̄ϩ ϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲛⲉⲛⲧⲟ
v. 18. ⲗⲏ [4]. ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲁϣⲛⲉ · ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ
÷ ⲛⲁϥ [1] ϫⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲕϩⲱⲧⲃ̄ ·
ⲛ̄ⲛⲉⲕⲣ̄ⲛⲟⲉⲓⲕ · ⲛ̄ⲛⲉⲕ
ϫⲓⲟⲩⲉ · ⲛ̄ⲛⲉⲕⲣ̄ⲙⲛ̄ⲧ̄
v. 19. ⲣⲉ ⲛ̄ⲛⲟⲩϫ · ⲉⲕⲉⲧⲁïⲉ

ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ [1] ⲙⲛ̄ ⲧⲉⲕⲙⲁ
ⲁⲩ [2] ⲛ̄ⲅ̄ ⲙⲉⲣⲉ [3] ⲡⲉⲧϩⲓⲧⲟⲩ
v. 20. ⲱⲕ ⲛ̄ⲧⲉⲕϩⲉ · ⲡⲉϫⲁϥ
÷ ⲛⲁϥ ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲣ̄ϣⲓⲣⲉ
ϫⲉ ⲛⲁï ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲁïϩⲁⲣⲉϩ
ⲉⲣⲟⲟⲩ ϫⲓⲛ ⲧⲁⲙⲛ̄ⲧ̄
ⲕⲟⲩï, ⲟⲩ̂ⲟⲛ ⲡⲉ ϯϣⲁ
v. 21. ⲁⲧ ⲙ̄ⲙⲟϥ · ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄ ϫⲉ ⲉϣϫⲉ
ⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲣ̄ ⲧⲉⲗⲉⲓⲟⲥ [1]
ⲃⲱⲕ ⲛ̄ⲅ̄ ϯⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄
ⲛⲉⲕ ϩⲩⲡⲁⲣⲭⲟⲛⲧⲁ [2]
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲅ̄ ⲧⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲛ̄
ϩⲏⲕⲉ̀ ⲛ̄ⲅ̄ ⲕⲱ ⲛⲁⲕ [3] ⲛ̄
ⲟⲩⲁϩⲟ̂ ϩⲣⲁï ϩⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲏ
ⲟⲩⲉ̂ [4] ⲛ̄ⲅⲉî ⲛ̄ⲅ̄ ⲟⲩⲁϩⲕ ⲛ̄
v. 22. ⲥⲱï · ⲁϥⲥⲱⲧⲙ̄ [1] ⲇⲉ
ⲛ̄ϭⲓ ⲡϩⲣ̄ϣⲓⲣⲉ ⲉⲡϣⲁ
ϫⲉ ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϥ ⲗⲩⲡⲉî [2]
ⲛⲉⲩⲛ̄ⲧⲁϥ ⲅⲁⲣ ⲙ̄ⲙⲁⲩ
v. 23. ⲛ̄ϩⲁϩ ⲛ̄ⲛ̄ⲕⲁ . ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ
÷ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ⲛⲉϥ ⲙⲁⲑⲏ
ⲧⲏⲥ ϫⲉ ϩⲁⲙⲏⲛ [1] ϯϫⲱ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲛⲏⲧⲛ̄ ϫⲉ ⲥⲙⲟ
ⲕ̄ϩ ⲉⲧⲣⲉ ⲛ̄ⲣⲙ̄ⲙⲁⲟ ⲃⲱⲕ
ⲉϩⲟⲩⲛ [2] ⲉⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ̂ ⲛ̄
v. 24. ⲙ̄ⲡⲏⲩⲉ · ⲡⲁⲗⲓⲛ [2]
ⲟⲛ ϯϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲛⲏ (ϭⲁ
ⲧⲛ̄ ϫⲉ ⲥⲙⲟⲧⲛ̄ [2] ⲉⲧⲣⲉ ⲟⲩ·
ⲙⲟⲩⲗ ⲉî ⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲓⲧⲛ̄
ⲧⲟⲩⲁⲧⲃⲉ ⲛ̄ⲟⲩϩⲁⲙⲛ̄
ⲧⲱⲡ, ⲉϩⲟⲩⲉ ⲉⲧⲣⲉ ⲟⲩ

Primam alteramque paginam a typographo ita imprimi volui ut sunt in membranis: verba a verbis in reliquis disjungi commodius erit lectori, modo meminerit eam disjunctionem in codicibus ipsis non esse.

Vers. 13) [1] ⲁⲩⲉⲡⲓⲧⲓⲙⲁ̂. Gr. text. ἐπετίμησαν. Ægyptius hoc verbum adoptat: quin imo cum apud Græcos dativum postulet,

stulet, Ægyptius quoque subjungit NⲁⲨ, *ipsis*. Sed Vulg. sua lingua: *increpabant eos*.

Vers. 14.) [1] Gr. *μὴ κωλύετε*, *ne prohibeatis*, *nolite impedire*. Ægyptius verbum idem κωλύειν sahidice detruncatum mutuatur.

Vers. 16.) [1] Ad initium versiculi hujus spectat numerus marginalis ⲩⲁ, i. e. 91. Gr. et Vulg. *et ecce unus accedens ait illi*. Ægyptius: *ecce autem unus accessit ad eum dicens*.

[2] Gr. *ἀγαθὲ*, *bone*. Æg. ⲚⲁⲄⲁⲐⲞⲤ, idem vocabulum græcum retinens, et ægyptiace terminans.

[3] Gr. et Vulg. *τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω*, *quid boni faciam ut habeam* etc. Ægypt. *Quid faciam ut accipiam* etc. Itaque vocem *ἀγαθὸν* non vertit, nisi omissa sit ab exscriptore.

Vers. 17.) [1] Gr. etiam: *ὁ δὲ*, *ipse autem*. Vulg. *Qui*, omittens, *autem*.

[2] Vulg. *Quid me interrogas de bono?* Ægypt. noster ex græco: *quid me vocas bonum?* Porro Gr. textus quum heic, tum Marc. X. 18, tum Luc. XVIII. 19. semper habet: *τί με λέγεις ἀγαθόν*, *quid me dicis bonum?* ut etiam Vulgatus: qui cum heic aliter verterit, quam in Marco, et Luca, necessario putandum, in græco Matthæi codice quo utebatur, scriptum fuisse: *τί με ἐρωτᾷς περὶ ἀγαθοῦ*: quo modo aliqui codices etiamnum habent.

[3] ⲚⲤⲁ. *Nisi*. Apud Tukium pag. 568, et seq. ⲚⲤⲁⲂⲎⲖ, *nisi*.

[4] ⲈⲚⲈⲚⲦⲞⲖⲎ. Gr. *τὰς ἐντολὰς*, *mandata*. Græci textus vox in Ægyptum transportata.

Vers. 18.) [1] Nⲁϥ, *ei*. Nec in Gr. est, nec in Vulgato.

Vers. 19.) [1] Gr. *τίμα*. Vulg. *honora*. Ægypt. ⲈⲔⲈⲦⲁⲒⲈ ⲠⲈⲔⲈⲒⲰⲦ, *honorabis patrem tuum*.

[2] Vulg. *et matrem tuam*. Ita et Ægyptius. Sed Gr. omittit pronomen.

[3] ⲚⲄ ⲘⲈⲢⲈ, *et dilige*: aut, si ex præcedentibus subintelligatur nota ſuturi, *et diliges*, ut est in græco, et Vulgato. Mox ⲠⲈⲦϨⲒⲦⲞⲨⲰⲔ, *proximum tuum*. Vox addenda Lacrozio, ut et sequens ϨⲢϢⲒⲢⲈ, *adolescentulus*, Memphitice ϦⲈⲖϢⲒⲢⲒ.

Vers. 21.) [1] Gr. text. *τέλειος εἶναι*, *perfectus esse*. Ægypt. græci textus vocem mutuatus: ⲈⲦⲈⲖⲈⲒⲞⲤ.

[2] Gr. *σοῦ ὑπάρχοντα*, *quæ habes*: aut *substantias tuas*. Æg. vocem græcam retinens: ⲚⲈⲔ ϨⲨⲠⲁⲢⲬⲞⲚⲦⲁ.

[3] ⲚⲄ ⲔⲰ Nⲁⲕ, *et pone tibi*, i. e. *et habebis*. Vid. Tuk. p. 126.

[4] Gr. et Vulg. *in cælo*. Ægypt. *in cælis*.

Vers. 22.) [1] Gr. *ἀκούσας*. Vulg. *cum audisset*. Æg. *audivit*.

 [2] Gr.

[2] Gr. λυπέμενος, *tristis*. Noster græco themate, ⲉϥⲗⲩⲡⲉⲓ̈, *contristatus*. Paulo post sequitur, ⲚⲚⲔⲁ, idest, ut Gr. et Vulg. habent, κτήματα, *possessiones*. Sic etiam vers. 27. ⲚⲔⲁ ⲚⲒⲘ, *omnia*, *omnem possessionem*. Nomen vero thebaidicum ⲚⲔⲁ, *res*, *possessio*, κτῆμα, ductum est ex Memphitico ⲈⲚⲬⲀⲒ, si Memphiticam dialectum Thebaidica vetustiorem ponamus: alioquin ⲈⲚⲬⲀⲒ ducendum vicissim erit ex ⲚⲔⲁ. Utra vero antiquior sit, quis audeat definire? Homines sane ubique terrarum agros prius incoluerunt, quam in urbibus, oppidisve congregarentur: verisimile igitur est plerasque linguas ex agris potius in urbes initio migrasse, quam ex urbibus in agros. Ægyptia vero utrum e superiore Ægypto in inferiorem, an contra ex inferiore in superiorem derivata probabilius dicatur, aliorum esto judicium.

Vers. 23.) [1] Mendum. Pro ϫⲁ scribe ϫⲉ. Quod spectat ad ϩⲁⲙⲎⲚ, videntur Thebaidis incolæ pro *amén* pronunciasse *Hamén* cum aliqua dulci aspiratione: quæ tamen nullum heic locum habere deberet, et Memphi non habebat. Sed Thebaidenses cum initio cujuslibet fere græcæ vocis a vocali incipientis præponant notam ϩ, videntur hanc ipsam et pro tenui, et pro denso spiritu habuisse: a vehementiori autem memphitarum aspiratione adeo abhorruerunt, ut ea numquam omnino usi sint, ea fere ratione qua densiorem Florentinorum aspirationem in syllabis *co*, *ca* etc. reliqui Itali irrident.

[2] Gr. et Vulg. *Difficile intrabit*. Ægypt. *difficile est ut intret*. ⲢⲘⲘⲀⲞ, *dives*. Memphitice, ⲢⲀⲘⲀⲞ.

Vers. 24.) [1] ⲠⲀⲖⲒⲚ. Græcus etiam, πάλιν.

[2] In voce ⲤⲘⲞⲦⲚ, *facile est*, et ⲤⲘⲞⲔϨ *Difficile est*, littera ⲥ nota est tertiæ personæ femininæ, pro neutro, quo Ægyptii carent, positæ. Radix memphitica ⲘⲞⲦⲈⲚ affertur a Lacrozio, ut et ⲘⲞⲔϨ.

Sequitur nunc quarta pagina numero ⲍⲋ signata. Hanc quoque ita exhibemus, ut eam versuum distributionem servemus, quæ est in membrana: reliquas vero in posterum ut plenis etiam versibus componat typothetæ permitto, ne in plagulis vacua identidem spatia remaneant: adhibita enim hactenus accuratio ibi tantum necessaria est, ubi membrana lacera sit, aut plures literæ interierint.

ⲢⲘ-

Pagina IV.

ⲙⲁⲑ

ⲣⲙ̅ⲙⲁⲟ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲧ
÷ ⲙⲛ̅ⲧⲉⲣⲟ̂ ⲙ̅ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ[1].
v. 25. ⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̅ ⲇⲉ ⲛ̅ϭⲓ ⲙ̅ⲙⲁ
ⲑⲏⲧⲏⲥ[1] ⲁⲩⲣ̅ϣⲡⲏⲣⲉ
ⲉⲙⲁⲧⲉ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̅ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲉⲓ̂ⲉ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧⲉⲩⲛ̅
ϭⲟⲙ ⲙ̅ⲙⲟϥ ⲉⲱⲛ̅ϩ[2].
v. 26. ⲓ̅ⲥ̅ ⲇⲉ ⲁϥϭⲱϣ̅ⲧ ⲉϩⲟⲩⲛ[1]
ⲉϩⲣⲁⲩ ⲉϥϫⲱ ⲙ̅ⲙⲟⲥ[2]
ϫⲉ ⲟⲩⲁⲧϭ̅ⲟⲙ ⲛ̅ⲛⲁϩⲣⲛ̅
ⲛ̅ⲛ̅ⲣⲱⲙⲉ ⲡⲉ ⲡⲁï
ⲛ̅ⲛⲁϩⲣⲙ̅ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲇⲉ[3]ⲙⲛ̅ ⲗⲁⲁⲩⲟ̂ ⲛ̅ⲁⲧϭ̅ⲟⲙ:
ⲧⲟⲧⲉ[1] ⲁϥⲟⲩⲱϣ̅ⲃ ⲛ̅ϭⲓ
v. 27. ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̅ⲙⲟⲥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ
ⲁⲛⲟⲛ ⲁⲛⲕⲁ ⲛ̅ⲕⲁ̂
ⲛⲓⲙ ⲛ̅ⲥⲱⲛ ⲁⲛⲟⲩ
ⲁϩⲛ̅ ⲛ̅ⲥⲱⲕ' ⲟⲩ̂[2] ⲁⲣⲁ̂[3]
ⲡⲉⲧⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲙ̅
v. 28. ⲙⲟⲛ · ⲓ̅ⲥ̅ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁⲩ ϫⲉ ϩⲁⲙⲏⲛ ϯϫⲱ
ⲙ̅ⲙⲟⲥ ⲛⲏⲧⲛ̅ ϫⲉ ⲛ̅
ⲧⲱⲧⲛ̅ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲩⲁ
ϩⲟⲩ ⲛ̅ⲥⲱï ϩⲣⲁï ϩⲙ̅
ⲡⲉϫⲡⲟ̂ ⲛ̅ⲕⲉⲥⲟⲡ, ⲉϥ
ϣⲁⲛ ϩⲙⲟⲟⲥ ⲛ̅ϭⲓ ⲡ
ϣⲏⲣⲉ ⲙ̅ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲉϫⲙ̅ ⲡⲉⲑⲣⲟⲛⲟⲥ[1] ⲙ̅
ⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ[2]. ⲧⲉⲧⲛⲁ
ϩⲙⲟⲟⲥ ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̅
ϩⲓ ⲙⲛ̅ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ⲛ̅ⲑⲣⲟ

ⲝ̅ⲋ̅

ⲛⲟⲥ ⲛ̅ⲧⲉⲧⲛ̅ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲛ̅
ⲧⲙⲛ̅ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥⲉⲙ̅ⲫⲩ
v. 29. ⲗⲏ ⲙ̅ⲡⲓⲥⲣⲁⲏⲗ[3] ⲁⲩⲱ
ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ ⲉⲛⲧⲁϥ
ⲕⲁ ϩⲓ[1] ⲛ̅ⲥⲱϥ, ⲏ̂ ⲥⲟⲛ
ⲏ̂ ⲥⲱⲛⲉ · ⲏ̂ ⲉⲓⲱⲧ.
ⲏ̂ ⲙⲁⲁⲩ. ⲏ̂ ⲥϩⲓⲙⲉ·
ⲏ̂ ϣⲏⲣⲉ · ⲏ̂ ⲥⲱϣⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲣⲁⲛ' ϥⲛⲁ
ϫⲓⲧⲟⲩ ⲛ̅ϩⲁϩ ⲛ̅ⲕⲱⲃ[2]
ⲁⲩⲱ ⲛϥ̅ ⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟ
ⲙⲉⲓ[3] ⲙ̅ⲡⲱⲛ̅ϩ ϣⲁ
v. 30. ⲉⲛⲉϩ · ⲟⲩⲛ ϩⲁϩ ⲛ̅ϣⲟ
ⲣⲡ̅ ⲛⲁⲣ̅ϩⲁⲉ' ⲛ̅ⲧⲉⲛ
ϩⲁⲉ ⲉⲩⲣ̅ϣⲟⲣⲡ̅: ⲉⲥ
c. 20. ⲧⲛ̅ⲧⲱⲛ ⲅⲁⲣ[1] ⲛ̅ϭⲓ ⲧⲙⲛ̅ⲧ
v. 1. ⲉⲣⲟ̂ ⲛ̅ⲙ̅ⲡⲏⲩⲉ ⲉⲩⲣⲱ
ⲙⲉ ⲛ̅ⲣⲙ̅ⲙⲁⲟ' ⲡⲁï ⲉⲛ
ⲧⲁϥⲉⲓ̂ ⲉⲃⲟⲗ ⲉϩⲧⲟⲟⲩⲉ
ⲉⲑⲛⲉⲉⲣⲅⲁⲧⲏⲥ[2] ⲉⲡⲉϥ
v. 2. ⲙⲁⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ · ⲁϥⲥⲙⲛ̅
ⲧⲥ̅ ⲇⲉ ⲙⲛ̅ ⲛⲉⲣⲅⲁⲧⲏⲥ
ⲉⲩⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ ⲙ̅ⲡⲉϩⲟⲟⲩ
ⲁϥϫⲟⲟⲩⲥⲉ'[2] ⲉⲡⲉϥⲙⲁ
v. 3. ⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ · ⲁϥⲉⲓ̂ ⲇⲉ ⲟⲛ
÷ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̅ⲡⲛⲁⲩ[1] ⲛ̅ϫⲡ̅
ϣⲟⲙⲧⲉ' ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉ
ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ̀ ⲉⲩⲁϩⲉⲣⲁ
ⲧⲟⲩ ϩⲛ̅ⲧⲁⲅⲟⲣⲁ[2] ⲉⲩⲟⲩ
v. 4. ⲟⲥϥ̅' ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̅ⲛ̅ⲕⲟ
ⲟⲩⲉ[1] ϫⲉ ⲃⲱⲕ ϩⲱⲧⲧⲏⲩ

[1] Vulg. *cœlorum*. Gr. text. et Æg. Int. *Dei*.

Vers. 25.) [1] Gr. text. addit, *αὐτȣ̃*, *ipsius*. Vulg. et Æg. non habent.

[2] Gr. et Vulg. *σωθῆναι*, *salvus esse*. Æg. *vivere*, eodem tamen sensu: nim. *vitam æternam consequi*, ideoque ⲟⲩϫⲁï, *salvari*.

Vers. 26.) [1] ϵϩΟΥΝ. Heic primo occurrit in codice pro litera Ν nota illa supra Υ, ex qua Kircherus Ægyptium alphabetum illustrans suam illam Ν finalem inter literas recensuit. Ejus formam mox habebis in primo Specimine. Græcis quoque in codicibus compendium hujus modi conspicitur. Aliquando tamen ita efformatum fuit, ut non compendium esset, sed litera ipsa Ν brevissimis cruribus, et longissima diagonio, ut sæpius in vetustis codicibus vidi.

[2] Gr. et Vulg. *aspiciens . . . dixit illis*. Ægypt. *aspexit illos dicens*.

[3] Gr. et Vulg. *omnia possibilia sunt*. Æg. noster: *nihil est impossibile*. Vide in 1. Specimine lin. 2.

Vers. 27.) [1] Totum hunc vers. 27. affert Tukius pag. 221, sed a typographo mendis inquinatum, et ex nostro codice emendandum.

[2] ΟΥ̂ cum accentu, *quid?* ut distinguatur ab articulo indefinito ΟΥ.

[3] Gr. text. τί ἄρα, *quid ergo*, aut, *quidnam?* Æg. noster græcam particulam ⲁⲣⲁ retinet, accentumque in fine ægyptio more librarius superscribit. Tukius citato loco ⲁⲣⲁ vertit *quid*, sed in Ægyptio idem sine dubio valet, ac in græco, nempe *ergo*: ægyptiacum vero ΟΥ̂ valet, *quid?*

Vers. 28.) [1] In hoc 28. versiculo tres voces e textu græco in suam versionem transfert ægyptias faciens, θρόνος, *sedes*, κρίνειν *judicare*, et φυλή, *Tribus*.

[2] Vulg. *majestatis*. Gr. δόξης, *gloriæ*: quo modo Ægyptius quoque.

[3] Ita sine compendio scriptum est in codice: vix alibi reperies: solent enim ægyptii librarii Israelis nomen, aliaque nonnulla semper scribere per compendium.

Vers. 29.) [1] ΗΪ, *domum*. Ita et Vulg. sed gr. text. οἰκίας, *domos*. Plurimi tamen codd. habent οἰκίαν, *domum*. In sequentibus Gr. et Vulg. pluraliter, *fratres*, *sorores*, *filios*, *agros*. Æg. noster singulariter, *fratrem*, *sororem*, *filium*, *agrum*.

[2] ⲚϨⲀϨ ⲚⲔⲰⲂ, *multo plura*. Gr. et Vulg. ἑκατονταπλασίονα, *centuplum*. Sed Ægyptius Int. codice usus est qualem citat Millius, ubi scriptum est πολλαπλασίονα.

[3] Vulg. *possidebit*. Gr. κληρονομήσει, *hæreditabit*. Ægypt. græci textus verbum retinet, ac de more ægyptiace detruncat.

Cap. XX. vers. 1.) Initio hujus capitis codex in margine habet numerum ϥⲂ, i. e. 92. Vocula ⲄⲀⲢ, *enim*, non est in Vulg.

Vulg. sed in gr. textu. ⲉⲩⲣⲱⲙⲉ pro ⲉⲟⲩⲣⲱⲙⲉ. ⲛ̄ⲣⲙ̄ⲙⲁⲟ, *diviti*. Gr. et Vulg. *οἰκοδεσπότῃ*, *patrifamilias*.

[2] Gr. *ἐργάτας*, *operarios*. Ægypt. græcum nomen retinet: quod ut plurale e singulari fiat, oportet ⲛⲉⲉⲣⲅⲁⲧⲏⲥ scribere, aut ⲛ̄ⲉⲣⲅⲁⲧⲏⲥ, ut vers. seq. Itaque cum librarius scripserit ⲉⲑⲛⲉⲉⲣⲅⲁⲧⲏⲥ, *ad conducendos operarios*, videtur omisisse aliam ⲛ literam, quæ addenda sit. Periti judicent.

Vers. 2.) [1] ⲁϥⲥⲙⲛ̄ⲧⲥ̄. Vide Lacrozium in ⲥⲉⲙⲛⲉ.

[2] Affixum ⲥⲉ valet, *eos*: ut infra. XXI. 3, et Jerem XIV. 14. in tertio fragmento.

Vers. 3.) ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ, *horâ*, *circa horam*.

[2] Gr. text. *ἐν τῇ ἀγορᾷ*, *in foro*. Ægypt. nomen græcum retinet.

Vers. 4.) [1] Gr. et Vulg. *κἀκείνοις εἶπεν*, *et dixit illis*. Æg. *dixit aliis*, vel, *dixit illis quoque*.

Pagina V. ⲝ̄ⲍ̄

ⲧⲛ̄ ⲉⲡⲁⲙⲁⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ, ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲧⲛ̄ ⲙ̄ⲡϣⲁ̂ ϯⲛⲁⲧⲁⲁϥ
v. 5. ⲛⲏⲧⲛ̄' ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲁⲩⲃⲱⲕ. ⲁϥⲉⲓ' ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄-
÷ ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ϫⲡ̄ⲥⲟ' ⲙⲛ̄ ϫⲡ̄ⲯⲓⲧⲉ ⲁϥⲉⲓⲣⲉ ϩⲓⲛⲁⲓ̈' ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲉⲓ
v. 6. ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ϫⲡ̄ⲙⲛ̄ⲧⲟⲩⲉ̀ ⲁϥⲛⲁⲩ [1] ⲉϩⲉⲛ
÷ ⲕⲟⲟⲩⲉ ⲉⲩⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ [2] ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲁϩⲣⲱⲧⲛ̄ ⲧⲉⲧⲛ̄
ⲁϩⲉⲣⲁⲧ ⲑⲏⲩⲧⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲉⲓ̈ⲙⲁ' ⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ̄ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ⲟⲩ-
v. 7. ⲟⲥϥ̄. ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ ⲑⲛⲟⲛ· ⲡⲉ-
ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲃⲱⲕ ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲉⲡⲁⲙⲁⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ [1].
v. 8. ⲣⲟⲩϩⲉ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ' ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ϭⲓ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̄ⲡ-
ⲙⲁⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ' ⲙ̄ⲡⲉϥ ⲉⲡⲓⲧⲣⲟⲡⲟⲥ [1] ϫⲉ ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲛⲉⲣⲅⲁ-
ⲧⲏⲥ ⲛ̄ⲅϯⲛⲁⲩ ⲙ̄ⲡⲉⲩⲃⲉⲕⲉ' ⲉⲁⲕⲁⲣⲭⲉⲓ̂ [2] ϫⲓⲛ ⲛ̄ϩⲁⲉ ⲉⲩ-
v. 9. ϣⲁⲛⲧⲕ̄ⲡⲱϩ [3] ⲛ̄ϣⲟⲣⲡ̄. ⲁⲩⲉⲓ' ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲁ [1] ϫⲡ̄ⲙⲛ̄ⲧⲟ-
÷ ⲩⲉ' ⲁⲩϫⲓ̂ ⲛ̄ⲟⲩⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ ⲉⲡⲟⲩⲁ̂ [1] ⲁⲩⲉⲓ̂ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲛ̄ϣⲟ-
v. 10. ⲣⲡ̄ ⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ϫⲉ ⲉⲩⲛⲁϫⲓ̂ ⲛ̄ⲟⲩϩⲟⲩⲟ̂ ⲁⲩϫⲓ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̄ⲟⲩ
v. 11. ⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ ⲉⲡⲟⲩⲁ. ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩϫⲓⲧⲥ̄ [1] ⲇⲉ ⲁⲩⲕⲣ̄ⲙ̄ⲣⲙ̄ ⲉϩⲟⲩⲛ
v. 12. ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ [2] ⲉⲩϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲉⲓ̈ϩⲁⲉ ⲉⲩⲟⲩⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̄ⲟⲩ-
ⲱⲧ ⲧⲛ̄ⲧⲁⲩⲁⲁⲥ ⲁⲩⲱ ⲁⲕϣⲁϣⲟⲩ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲛ' ⲛⲁⲓ̈ ⲉⲛⲧⲁⲩ-
v. 13. ϥⲓ̂ ⲙ̄ⲡⲃⲁⲣⲟⲥ [1] ⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ, ⲙⲛ̄ ⲡⲕⲁⲩⲥⲱⲛ. ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲛ̄ⲟⲩⲁ' ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲡⲉϣⲃⲏⲣ [1]
ⲛ̄ϯϫⲓ' ⲙ̄ⲙⲟⲕ ⲁⲛ ⲛ̄ϭⲟⲛⲥ̄ [2] ⲙⲏ̂ ⲉⲛⲧⲁⲓ̈ⲥⲙⲛ̄ⲧⲥ̄ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲕ
v. 14. ⲁⲛ ⲉⲩⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ' ϥⲓ̂ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲡⲱⲕ ⲡⲉ̂ ⲛ̄ⲅⲃⲱⲕ' ϯⲟⲩⲱϣ
v. 15. ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲉϯ ⲙ̄ⲡⲉⲓ̈ϩⲁⲉ' ⲛ̄ⲧⲉⲕϩⲉ' ⲏ̂ ⲟⲩⲕ ⲉⲝⲉⲥⲧⲓ̂ ⲛⲁⲓ̈ [1]
ⲉⲣⲡⲉⲓ̈ⲧⲉⲓ̈ⲟⲩⲁϣϥ̄ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩⲓ̈ [2] ⲛⲉ. ⲏ̂ ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲕⲃⲁⲗ' ⲟ
ⲙ̄ⲡⲟ-

v. 16. ⲠⲠⲞⲚⲎⲢⲞⲤ ⲬⲈ ⲀⲚⲄ ⲞⲨⲀⲄⲀⲐⲞⲤ ⲀⲚⲞⲔ · ⲦⲀⲒⲦⲈⲐⲈ ⲈⲦⲈⲢⲈ ⲚϢⲞⲢⲠ ⲚⲀⲢϨⲀⲈ' ⲚⲦⲈⲚϨⲀⲈ

ADNOTATIONES.

Vers. *6.*) [1] ⲀϤⲚⲀⲨ, *vidit*. Gr. et Vulg. εὗρεν, *invenit*.

[2] Gr. addit etiam heic, ut superius vers. *3*, ἀργοὺς, *otiosos*. Vulg. et Ægypt. heic non habent.

Vers. 7.) [1] Gr. addit: καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε, *et quod justum sit, accipietis*. Hæc Vulg. non habet heic, neque noster Ægyptius, etsi græcum plerumque sequatur.

Vers. 8.) [1] Gr. τῷ ἐπιτρόπῳ. Ægypt. eamdem vocem retinens Thebaica civitate donat.

[2] ⲈⲀⲔⲀⲢⲬⲈⲒ. Gr. ἀρξάμενος, *incipiens*. Ægypt. græcum verbum ἄρχεσθαι adhibet terminans in ⲈⲒ: quæ ægyptia terminatio hujus verbi propria videtur, et exorbitans: græci enim non ἄρχειν dicunt, sed ἄρχεσθαι. Litteræ vero Ⲁ Ⲕ adduntur initio, ut Ⲁ sit nota aoristi temporis vocis ἀρξάμενος, Ⲕ autem de more nota 2. pers. masc.

[3] Gr. et Vulg. ἕως τῶν πρώτων, *usque ad primos*. Ægypt. *donec pervenias ad primos*. Radix Memphitica ⲪⲞϨ nota Lacrozio, Sahidica ⲠⲰϨ ignota.

Vers. 9.) [1] Græcus: οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν. Ægyptius: *quelli dell' undecima ora*. Sed Vulg. necessario addit, *venerant*, ob latinæ linguæ inopiam: quod verbum in Gr. et Ægyptio subintelligitur.

[2] Vulg. *singulos denarios*. Gr. ἀνὰ δηνάριον. Ægypt. *un denaro per uno*.

Vers. 11.) [1] ⲬⲒⲦⲤ. Addit pronomen suffixum fem. generis, quod neque græcus habet, nec Vulg.

[2] Gr. et Vulg. *patremfamilias*. Ægypt. *herum*.

Vers. 12.) [1] Ex græco textu desumit græca nomina βάρος, *pondus*, et καύσων, *æstus*, eaque reddit ægyptia.

Vers. 13.) Gr. ἑταῖρε, *o sodalis*. Sic etiam Ægyptius noster. Sed Vulg. *amice*.

[2] Ad verbum videretur vertendum, *non sumo tibi quod injustum est*, sed revera valet: *non facio tibi injuriam*. Sic et apud Memphitas ⲞⲒⲚⲬⲞⲚⲤ est *injuriam facere*.

Vers. 15.) [1] Tres hæ voculæ desumptæ sunt e textu græco, cui et ipse habet ἢ οὐκ ἔξεστι, *aut non licet?*

[2] ϨⲚ ⲚⲈⲦⲈⲚⲞⲨⲒ ⲚⲈ. Hoc Vulg. non habet: sed græcus, ἐν τοῖς ἐμοῖς. Ægypt. vero, *in iis quæ mea sunt*. ⲚⲞⲨⲒ valet, *mei*, et *meæ*, et *mea*. Pluralia enim Ægyptiis sunt cujuslibet generis.

ⲢϢ-

Pagina VI.

ⲙ̄ⲁⲑ

v. 17. ⲡ̄ϣⲟⲣⲡ [1]. ⲉⲣⲉ ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ
ⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁï ⲉⲑⲓⲉⲣⲟ
ⲥⲟⲗⲩⲙⲁ' ⲁϥϫⲓ ⲙ̄ⲡ
ⲙⲛ̄ⲧⲥⲛⲟⲟⲩⲥ ⲙ̄ⲙⲁⲑⲏ
ⲧⲏⲥ ⲙⲁⲩⲁⲁⲩ, ⲁⲩⲱ
ϩⲣⲁï ϩⲛ̄ ⲧⲉϩⲓⲏ̄ [2] ⲡⲉ
v. 18. ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏ
ⲧⲉ ⲧⲛ̄ⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁï
ⲉⲑⲓⲉⲣⲟⲥⲟⲗⲩⲙⲁ' ⲁⲩⲱ
ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲥⲉⲛⲁⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ ⲙ̄
ⲙⲟϥ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲁⲣ
ⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ' ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲅⲣⲁⲙ
ⲙⲁⲧⲉⲩⲥ ⲛ̄ⲥⲉⲧϭⲁⲉⲓ
v. 19. ⲟϥ ⲉⲡⲙⲟⲩ, ⲛ̄ⲥⲉⲡⲁ
ⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲧⲟ
ⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲉⲑⲛⲟⲥ' ⲉ
ⲥⲱⲃⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ' ⲁⲩⲱ
ⲉⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩ [1] ⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲁⲩⲱ ⲉⲥϯⲟ̄ⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲛϥ̄ⲧⲱⲟⲩⲛ ϩⲙ̄ⲡ
ⲙⲉϩϣⲟⲙⲛ̄ⲧ ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ :—
v. 20. ⲧⲟⲧⲉ [1] ⲁⲥϯⲡⲉⲥⲟⲩⲟï ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̄ϭⲓ ⲧⲙⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏ
ⲣⲉ ⲛ̄ⲍⲉⲃⲉⲇⲁⲓⲟⲥ ⲙⲛ̄
ⲛⲉⲥϣⲏⲣⲉ ⲉⲥⲟⲩⲱϣⲧ̄
ⲛⲁϥ' [2] ⲁⲩⲱ ⲉⲥⲁⲓⲧⲉⲓ̂ ⲛ̄
ⲟⲩϩⲱⲃ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ̄.
v. 21. ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ
ϫⲉ [1] ⲉⲣⲉⲟⲩⲉϣ ⲟⲩ, ⲛ̄ⲧⲟⲥ
ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁⲥ ϫⲉ ⲁϫⲓⲥ ϫⲉ
ⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉⲡⲁϣⲏⲣⲉ
ⲥⲛⲁⲩ ϩⲙⲟⲟⲥ· ⲟⲩⲁ' ϩⲓ

ⲝ̄ⲏ

ⲟⲩⲛⲁⲙ ⲙ̄ⲙⲟⲕ' ⲁⲩⲱ
ⲟⲩⲁ ϩⲓϩⲃⲟⲩⲣ ⲙ̄ⲙⲟⲕ
÷ ϩⲣⲁï ϩⲛ̄ ⲧⲉⲕⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ̂
v. 22. ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄
ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲉ
ⲧⲛ̄ ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ϫⲉ ⲟⲩ ⲡⲉ
ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲁⲓⲧⲉⲓ ⲙ̄ⲙⲟϥ.
ⲟⲩⲛϭ̄ⲟⲙ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄
ⲉⲥⲉ ⲡϫⲱ ⲉϯⲛⲁⲥⲟⲟϥ' [1]
ⲡⲉϫⲁⲩ ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲥⲉ [2].
v. 23. ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲡⲁ
ϫⲱ ⲙⲉⲛ ⲧⲉⲧⲛⲁⲥⲟ
ⲟϥ' [1] ⲡⲉϩⲙⲟⲟⲥ ⲇⲉ ϩⲓⲟⲩ
ⲛⲁⲙ ⲙ̄ⲙⲟï, ⲏ̂ ϩⲓ
ϩⲃⲟⲩⲣ ⲙ̄ⲙⲟï ⲙ̄ⲡⲱï
ⲁⲛ ⲡⲉ ⲧⲁⲁϥ' [2] ⲁⲗⲗⲁ
ⲡⲁ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲥⲃ̄ⲧⲱ
ⲧϥ̄ ⲛⲁⲩ ⲡⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓ
÷ ⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ.
v. 24. ⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̄ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ
ⲡⲙⲏⲧ' ⲁⲩⲁⲅⲁⲛⲁⲕ
÷ ⲧⲉⲓ̂ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲥⲟⲛ [1] ⲥⲛⲁⲩ.
v. 25. ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ ⲁϥⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ [1]
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲧⲉⲧⲛ̄
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ [2] ϫⲉ ⲛⲁⲣⲭⲱⲛ
ⲛ̄ⲛ̄ϩⲉⲑⲛⲟⲥ ⲥⲉⲟ̂ ⲛϫⲟ
ⲉⲣⲟⲟⲩ, ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲛⲟϭ [3]
v. 26. ⲥⲉⲟ̂ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ' ⲛ̄
ⲧⲉïϩⲉ [1] ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲁⲛ
ⲧⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲛ̄ϩⲏⲧ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄, ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲧ
ⲛⲁⲟⲩⲱϣ ⲉϣⲱⲡⲉ'

Vers. 17.) [1] Gr. et Vulg. addunt: *multi enim sunt vocati, pauci vero electi*. Hæc non ab Ægyptio Interprete omiſſa sunt, sed ab Ægyptio librario, quem fefellerunt similes fere voces ϣⲟⲣⲡ, et ⲥⲟⲧⲡ, ut conjicere licet. Eadem porro sententia extat Matth. XXII. 14. unde eam Tukius citat pag. 370. sine men-

mendis typographicis ex arabicis Commentariis in linguam ægyptiam. Adde ergo heic ex ipso: ϩⲁϩ ⲅⲁⲣ ⲛⲉⲧⲧⲁϩⲙ̄· ϩⲛ̄ ⲕⲟⲩⲓ ⲇⲉ ⲛⲉⲧⲥⲟⲧⲡ̄.

[2] Gr. text. κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, κ̀ εἶπεν αὐτοῖς, *secreto (privatim) in via, et ait illis*. Vulg. *secreto, et ait illis*, omittens, *in via*. Aliqui Codices apud Millium: κατ' ἰδίαν, κ̀ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν αὐτοῖς, *secreto; et in via dixit illis*. Unum ex his a Millio citatis habuit Ægyptius Int.
ⲙⲟϥ ⲉⲛⲟⲩϩⲙ̄. ⲛⲧⲟⲕ ϩⲱⲱⲕ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲕϣⲟⲟⲡ ⲛϩⲏⲧⲛ.
ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲕⲣⲁ̄ⲛ̄ ⲁⲩⲧⲁⲩⲟϥ [3] ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱ̄ⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲣ̄ⲡⲉⲛⲱ-
v. 10. ⲃϣ̄ ⲧⲁⲓⲧⲉⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϫⲱⲙⲙⲟⲥ ⲙ̄ⲡⲉⲓⲗⲁⲟⲥ ϫⲉ
ⲁⲩⲙⲉⲣⲉ ⲕⲓⲙ ⲛⲛⲉⲩⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ. ⲙ̄ⲡⲟⲩϯⲥⲟ̄ [1]. ⲙ̄ⲡⲉⲡⲛⲟⲩ-
ⲧⲉ ⲧⲱⲧⲛϩⲏⲧ [2] ϩⲣⲁï ⲛϩⲏⲧⲟⲩ ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ϥⲛⲁⲣⲡⲙⲉⲉⲩⲉ
v. 11. ⲛⲛⲉⲩϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ · ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲁï ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ϣ-
v. 12. ⲗⲏⲗ ϩⲁ.. ⲉⲓⲗⲁⲟⲥ [1] ⲉⲩⲡⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ [2] · ϫⲉ ⲉⲩϣⲁⲛⲛⲏⲥ-
ⲧⲉⲩⲉ ⲛ̄ϯⲛⲁⲥⲱⲧⲙ ⲁⲛ̄ ⲉⲡⲉⲩⲥⲟⲡⲥ. ⲁⲩⲱ ⲉⲩϣⲁⲛⲉⲓⲛⲉ
ⲛϩⲉⲛϣⲟⲩⲥⲟⲟⲩⲧϣ̄ⲉ [1] ⲙⲛ ϩⲉⲛⲑⲩⲥⲓⲁ · ⲛϯⲛⲁⲧⲱⲧ ⲛϩⲏⲧ
ⲁⲛ ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ · ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁϫⲟϫⲛⲟⲩ ϩⲛ ⲟⲩⲥⲏϥⲉ ⲙⲛ
v. 13. ⲟⲩ ϩⲕⲟ · ⲙⲛ ⲟⲩⲙ̄ⲟⲩ [2] ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁï ϫⲉ ⲡⲉⲧϣⲟⲟⲡ [1] ⲡ-
ϫⲟⲉⲓⲥ · ⲉⲓⲥ ⲛⲉⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲉⲩⲉ · ⲉⲩϫⲱⲙⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲛⲧⲉⲧⲛⲁⲛⲁⲩⲁⲛ̄ ⲉⲥⲏϥⲉ · ⲟⲩⲇⲉ ⲛⲛⲉϩⲕⲟ̄ϣⲱⲡⲉ ⲛ-
ϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ϫⲉ ⲟⲩ̄ⲙⲉ · ⲙⲛ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ϯⲛⲁⲧⲁⲁⲩ ⲉϫ-
v. 14. ⲙ̄ⲡⲉⲓⲕⲁϩ · ⲁⲩⲱ ϩⲣⲁï ϩⲙⲡⲉⲓⲙⲁ · ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲛⲁï ϫⲉ ⲛⲉⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲉⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲉⲩ̄ⲉ ⲛϩⲉⲛⲙⲛ̄ⲧⲛⲟ-
ⲩ̄ϫ ⲉϫⲙⲡⲁⲣⲁⲛ̄ · ⲙ̄ⲡⲉⲓⲧⲛⲛⲟⲟⲩⲥⲉ̄ · ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲓϩⲱⲛ
ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ · ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲁⲩ · ϫⲉ ϩⲉⲛϩⲟⲣⲁ-
ⲥⲓⲥ ⲛⲛⲟⲩϫ ⲙⲛ ϩⲉⲛϣⲓⲛⲉ [1]. ⲙⲛ̄ ϩⲉ̄ⲛ̄

ADNOTATIONES.

[2] ⲉⲣⲟⲛ. Gr. ἡμῖν, *nobis*. Nos vertere cogimur: *contra nos* (steterunt). Supra litteras ⲟⲛ librarius lineam duxit perlongam: nonne sufficiebat accentus?

[3] ⲁⲣⲓⲣⲉ, *fac*. Memphita diceret tantum ⲁⲣⲓ, ni fallor.

[4] *propter nomen tuum*. Ita hebr. et Vulg. At gr. ἕνεκέν σου, *propter te*. Græcum ergo heic non sequitur æg. Interpres, ac in his etiam quæ subjiciuntur, ab eo aliquantulum recedit.

[5] ⲣⲙ̄ⲛ̄ϭⲟⲓⲗⲉ, *peregrinus*, *hospes*. Memph. ϫⲱⲓⲗⲓ, *hospitio excipi*, et *hospitio excipere*.

[6] ⲣⲙ̄ⲛ̄ϯⲙⲉ, αὐτόχθων, *indigena: cittadino: castellano: uno del paese*.

Vers.

Vers. 9.) [1] ⲈⲔⲚⲀⲢ̄ⲐⲈ, *eris. sicut*. ⲐⲈ adhibetur pro Ⲛ̄ⲐⲈ, nisi exscriptor omisit Ⲛ̄.

[2] ⲈϤⲞⲂϢ, *dormiens*. Gr. ὑπνῶν. Vidimus ⲰⲂϢ, *oblivisci*. En ⲞⲂϢ, *dormire*. Sic et ap. Tuk. pag. 446.

[3] ⲀⲨⲦⲀⲨⲞϤ. Gr. ἐπικέκληται, *invocatum est*. Vid. superius Johann. XII. 49. et Deut. XVI. 2.

Vers. 10.) [1] Ⲙ̄ⲠⲞⲨϮⲤⲞ', *non pepercerunt*. ϮⲤⲞ (m. ϮⲀⲤⲞ), *parcere*. Vide Tuk. pag. 255.

[2] Gr. juxta edit. Complut. οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς, *non complacuit* (*sibi*) *in eis*. Alia editio, εὐώδωσεν pro εὐδόκησεν. ⲦⲰⲦ Ⲛ̄ϨⲎⲦ (m. ⲐⲰⲦ Ⲛ̄ϨⲎⲦ) valet, *complacere*. Vid. Lacroz. in ϮⲘⲀϮ, et heic vers. sequentem.

Vers. 11.) [1] Supple, et lege, ϨⲀⲠⲈΪⲖⲀⲞⲤ, *pro hoc populo*.

[2] ⲈⲨⲠⲈⲦⲚⲀⲚⲞⲨϤ, *in bonum*. Ita Ed. Complut. Sed alia, εἰς ἀγαθά, *in bona*.

Vers. 12.) [1] Ⲛ̄ϨⲈⲚϢⲞⲨⲤⲞⲞⲨϢⲈ, *holocausta*. Non video cur librarius supra penultimam literam Ϣ longam lineam duxerit: sed accentum sine dubio scribere voluit. Memphitis ϢⲞⲨϢⲰⲞⲨϢⲒ est *sacrificium*.

[2] ⲞⲨⲘⲞⲨ, *morte*: subintellige ϨⲚ̄ e præcedentibus. Heic quoque librarius lineam duxit supra literas ⲨⲘ.

Vers. 13.) [1] ⲠⲈⲦϢⲞⲞⲠ, *is qui es*. Respicit nomen Dei ὁ ὤν: *ens*: *qui est*. Sed hebr. et Vulg. hoc in loco habent אהה *aaa*. Alexandrini Intt. videntur paulo aliter legisse in textu hebr. Jeremiæ, et vocem duxerunt e verbo הוה, *fuit*.

Vers. 14.) [1] ϨⲈⲚϢⲒⲚⲈ. Gr. μαντείας, *divinationes*. Notandum nomen ϢⲒⲚⲈ hoc sensu acceptum.

Pagina IV.

Ⲙ̄

ⲘⲚⲦⲢⲈϤϪΪⲘⲀⲈⲒ̄Ⲛ [2] ⲘⲚ ⲚⲞⲨⲰϢ ⲚⲦⲈⲠⲈⲨϨⲎⲦ ⲚⲈⲦⲞⲨ-
v. 15. ⲠⲢⲞⲪⲎⲦⲈⲨⲈ ⲘⲘⲞⲞⲨ ⲚⲎⲦⲚ ⲈⲦⲂⲈ ⲠⲀΪ ⲚⲀΪ ⲚⲈⲦⲈⲢⲈⲠϪⲞ-
ⲈΪⲤ ϪⲰⲘⲘⲞⲞⲨ · ⲈⲦⲂⲈ ⲚⲈⲠⲢⲞⲪⲎⲦⲎⲤ ⲚⲀΪ ⲈⲦⲠⲢⲞⲪⲎ-
ⲦⲈⲨⲈ ⲈϪⲘⲠⲀⲢⲀⲚ ⲚϨⲈⲚⲘⲚⲦⲚⲞⲨϪ · ⲈⲚⲀⲚⲞⲔ ⲀⲚ ⲠⲈⲚ-
ⲦⲀΪⲦⲚⲚⲞⲞⲨⲤⲈ · ⲈⲨϪⲰ̄ⲘⲘⲞⲤ ϪⲈ ⲚⲚⲈⲤⲎϤⲈ · ⲞⲨⲆⲈ ϨⲔⲞ̄
ϢⲰⲠⲈ ϨΪϪⲘⲠⲈΪⲔⲀϨ · ⲤⲈⲚⲀⲦⲀⲔⲞ ϨⲚⲞⲨⲘⲞ̄Ⲩ̄ ⲚϢⲰⲚⲈ.
ⲀⲨⲰ ⲤⲈⲚⲀⲰϪⲚ ϨⲚ ⲞⲨϨⲔⲞ̄ ⲚϬⲒ ⲚⲈΪⲠⲢⲞⲪⲎⲦⲎⲤ ⲘⲚ Ⲡ-
v. 16. ⲖⲀⲞⲤ ⲈⲦⲞⲨⲠⲢⲞ̄ⲪⲎⲦⲈⲨⲈ ⲚⲀⲨ · ⲚⲤⲈϢⲰⲠⲈ ⲈⲨⲚⲎϪ [1] ϨⲚ
ⲚⲈϨΪⲞⲞⲨⲈ [2] ⲚⲐΪⲈⲖⲎ̄Ⲙ̄ ⲘⲠⲈⲘⲦⲞⲈⲂⲞⲖ ⲚⲦⲤⲎϤⲈ · ⲘⲚ
ⲠϨⲈⲂⲰ̄ⲰⲚⲈ [3] ⲘⲚ ⲠⲈⲦⲚⲀⲦⲞⲘⲤ̄ⲞⲨ ⲚⲈⲨϨΪⲞⲘⲈ · ⲘⲚ ⲚⲈⲨ-
ϢⲎⲢⲈ [4] ϮⲚⲀⲠⲰϨⲦ [5] ⲈϪⲰⲞⲨ ⲚⲚⲈⲨⲠⲈⲐⲞⲞⲨ. ⲀⲨⲰ ⲈⲔⲈ-

ϪⲰ

v. 17. ϫⲱ ⲛⲁⲩ ⲙⲡⲉïϣⲁϫⲉ · ϫⲉ ⲙⲁⲣⲉ ⲛⲉⲧⲛⲃⲁⲗ ϣⲟⲩⲟ ⲉ-
ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛϩⲉⲛⲣⲙⲉïⲟⲟⲩⲉ ⲙⲡⲉϩⲟⲟⲩ · ⲙⲛ ⲧⲉⲩϣⲏ · ⲁⲩⲱ
ⲙⲡⲣⲧⲣⲉⲩⲱϫⲛ̄ ⲉⲩϣⲟⲩ̄ⲟ[1]. ϫⲉ ϩⲛ ⲟⲩⲟⲩⲱϣϥ · ⲁⲥⲟⲩ-
ⲱϣϥ ⲛϭⲓ ⲧϣⲉⲉⲣⲉ ⲙⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲁⲩⲱ ⲁⲥⲡⲗⲩⲅⲏ ϩⲛ ⲟⲩ
v. 18. ⲡⲗⲩⲅⲏ ⲉⲥⲙⲟⲕϩ ⲉⲙⲁⲧⲉ[2]. ⲉïϣⲁⲛⲃⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲧⲥⲱ-
ϣⲉ ⲉïⲥ ϩⲉⲛϩⲱ̄ⲧⲃ ⲛⲧⲥⲏϥⲉ · ⲁⲩⲱ ⲉïϣⲁⲛⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩ̄ⲛ̄
ⲉⲧⲡⲟⲗïⲥ · ⲉïⲥ ⲟⲩⲙ̄ⲕⲁϩ ⲛϩⲕⲟ · ϫⲉ ⲟⲩⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ · ⲙⲛ
ⲟⲩⲟⲩⲏ̄ⲏ̄ⲃ ⲁⲩⲃⲱⲕ ⲉⲩⲕⲁϩ ⲛⲥⲉⲥⲟⲟⲩⲛ̄ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲁⲛ̄ · ⲙⲏ̄
v. 19. ϩⲛ ⲟⲩⲥⲧⲟⲉⲃⲟⲗ[1]. ⲁⲕⲧⲥⲧⲟⲉⲃⲟⲗ[2] ⲛïⲟⲩⲇⲁ · ⲁⲩⲱ ⲁⲧⲉⲕ-
ⲯⲩⲭⲏ ⲟⲩⲉ̄[3] ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲥïⲱⲛ · ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲁⲕⲑⲙⲕⲟⲛ[4]. ⲁⲩⲱ̄
ⲙⲡⲉⲧⲁⲗϭⲟ ϣⲱⲡⲉ...[5] ⲛⲁⲛ · ⲁⲛϩⲩⲡⲱⲙïⲛⲉ[6] ⲉⲩⲉïⲣⲏ-
ⲛⲏ . ⲁⲩ...[7]

ADNOTATIONES.

[2] ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉϥϫⲓⲙⲁⲉⲓⲛ est *augurium*: et ex etymo, *signorum captio*.

Vers. 16.) [1] ⲛ̄ⲥⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩⲛⲏϫ, *et erunt projecti, jacentes*. De voce ⲛⲏϫ vide Joh. XII. 2, et Fragm. IX. pag. 94, ac Fragm. XVI.

[2] ϩⲛ̄ ⲛⲉϩⲓⲟⲟⲩⲉ, *in viis*. ϩⲓⲏ, *via*. ϩⲓⲟⲟⲩⲉ, *viæ*.

[3] ϩⲉⲃⲱⲱⲛⲉ, *fames*. Memph. ϩⲃⲱⲛ.

[4] ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲩϣⲏⲣⲉ, *et filii eorum*. Hebr. Gr. et Vulg. addunt, *et filiæ eorum*. Ægyptius aut Interpres, aut librarius omisit. Equidem puto librarium similitudine vocum ϣⲏⲣⲉ, et ϣⲉⲉⲣⲉ, *filiæ*, deceptum, alterum hoc nomen omisisse.

[5] Verbum theb. ⲡⲱϩ̄ⲧ, et cum suffixo ⲡⲁϩ̄ⲧ, *effundere*, vide etiam ap. Tuk. pag. 299.

Vers. 17.) [1] ⲉⲩϣⲟⲩ̄ⲟ, *effundentes*. Hoc de suo addit æg. noster. In hebr. et gr. subintelligitur.

[2] ⲁⲩⲱ ⲁⲥⲡⲗⲩⲅⲏ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲡⲗⲩⲅⲏ ⲉⲥⲙⲟⲕ̄ϩ ⲉⲙⲁⲧⲉ. Castigandus heic est librarius: castigandus etiam Interpres videretur, nisi satius foret eum revereri, atque excusare; nam sententiam non mutat. Interpres quidem nimia licentia uti videtur. Hebr. et Gr. hæc tantum habent: *et plaga dolorosa valde*. Æg. vero noster: *et percussa est plagâ dolorosa valde*. ⲡⲗⲏⲅⲏ in ⲁⲥⲡⲗⲏⲅⲏ ex nomine fit verbum. Vid. Joh. X. 21, et quæ ibi notavi. Librarius vero græcæ linguæ imperitus bis mendose scripsit ⲡⲗⲩⲅⲏ. Emenda, et scribe ⲡⲗⲏⲅⲏ: quo modo recte scripsit etiam Tukius pag. 466. Neque vero hæc parvi facienda quis putet: interdum enim contingit ut vitiata scriptura viros etiam doctissimos in errorem inducat. Quis Ægyptiaci sermonis peritior in Europa Lacrozio? At ipse quoque in voce

ⲡⲁ-

ⲡⲁϧⲱⲙ labitur, non imperitia, sed imprudens, dum vocabulum pessime exaratum ⲫⲁⲇⲓⲕⲓⲛⲟⲛⲓⲁ interpretatur *Dikinionensis*: quod ei sane non contigisset, si depravata non fuisset scriptura a librariis, ut dicam ad Fragm. VII. Vocem quoque ⲂⲞⲚⲞⲨ quæ centies in Theotociis legitur, eamdem fere ob causam parum feliciter, ut equidem arbitror, vertit, *favi*, item ut vocem ⲛ̄ⲄⲈⲚⲚⲈⲞⲤ pag. 136. in ϣⲱⲓϫ, non recte interpretatur, quasi valeat *genuinus*. Quod si recte scriptum invenisset, ⲫⲁϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ, ⲞⲨⲞⲚⲞⲨ, et ⲄⲈⲚⲚⲀⲒⲞⲤ, recte et ipse interpretatus foret: quarum dictionum prima *institutor*, sive *auctor vitæ communis* monasticæ significatur: altera notissima est, et seorsum ab aliis vocibus verti vix potest: postrema vero *generosum* valet. Interdum vero evenit, ut qui de recta scribendi ratione soliciti non sunt, in ridicula et turpia labantur, quæ ne nominare quidem possumus, nisi honorem præfati: ut cum apud Tukium pagg. 212, 446, et 457. scribitur ⲠⲨⲄⲎ pro ⲠⲎⲄⲎ, *fons*. Aliquando autem ambiguum ii sermonem reddunt: ut cum in Diurno pag. 222. pro ⲬⲞⲢⲞⲤ, *chorus*, scribitur ⲬⲰⲢⲞⲤ, *locus*: et quum ibidem pag. 137. pro ⲐⲈⲞⲦⲞⲔⲞⲤ, *Deipara*, scribitur ⲐⲈⲞⲆⲞⲔⲞⲤ: hic enim non B. Virginis titulus est, sed Sancti Simeonis, qui θεοδόκος, seu θεοδόχος dicitur eo quod puerum Jesum *in ulnas susceperit*.

Vers. 19.) [1] ϩⲛ̄ ⲞⲨⲤⲦⲞ ⲈⲂⲞⲖ, *reprobatione*. Gr. ἀποδοκιμάζων, *reprobans*.

[2] ⲁⲕⲧⲥⲧⲟ' ⲈⲂⲞⲖ, *reprobasti*. Notet lector verba ⲤⲦⲞ, et ⲦⲤⲦⲞ.

[3] ⲞⲨⲈ̀ (memph. ⲞⲨⲈⲒ) est, *recedere*.

[4] ⲁⲕⲐⲙ̄ⲕⲟⲛ. Gr. ἔπαισας ἡμᾶς, *percussisti nos*. Verbum Ⲑⲙ̄ⲕⲟ (memph. ⲦϨⲈⲘⲔⲞ) valet *cruciare*, *cadere*.

[5] Supple, ϣⲱⲡⲉⲁⲛ ⲛⲁⲛ.

[6] ⲁⲛϩⲩⲡⲟⲙⲉ̈ⲓⲛⲉ, *expectavimus*. Sic supplere me coegit librarius, qui post ⲙ exaravit literam, cui superscripsit duo puncta, quæ adhuc supersunt: huiusmodi vero litera alia esse non potest, quam ⲓ, aut fortasse ⲩ. ceterum ego scriberem ϩⲩⲡⲟⲙⲉⲓⲛⲉ: nam æg. Interpres certe uti voluit verbo græcæ versionis, quæ habet ὑπομείναμεν. Simili modo ex aoristo tempore verbi παραγγέλλω Auctor Fragmenti XIV. pag. 114. per thebaicam detruncationem fecit verbum thebaicum ⲡⲁⲣⲁⲅⲅⲉⲓⲗⲉ. Memphita heic diceret: ⲁⲛⲉⲣϩⲩⲡⲟⲙⲟⲛⲓⲛ. Thebaice tamen apud Tukium pag. 363. scribitur etiam ⲡⲉⲧⲛⲁϩⲩⲡⲟⲙⲟⲛⲏ, *qui perseveraverit*.

[7] Sic

[7] Sic supple: ⲉⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲁⲩⲱ...: nam græcus habet: εἰς εἰρήνην· καὶ...

✝ *Expliciunt Biblica Fragmenta, Deo favente: quorum impressionem absolvit typographus mense Novembri ann. Dom.* 1784.

ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲛⲉⲁⲓⲟⲩⲱ ⲉⲓⲥϩⲁï ⲛ̄ⲛⲉïⲥⲭⲟⲗⲓⲟⲛ' ⲛⲁï ⲡⲉ ϩⲙ̄ ⲃⲟⲛⲱⲛⲓⲁ ϩⲙ̄ ⲡⲏⲓ ⲛ̄ⲧⲉ ⲛ̄ⲕⲁⲛⲟⲛⲓⲕⲟⲥ' ⲙ̄ⲡϩⲁⲅⲓⲟⲥ' ⲥⲱⲧⲏⲣ', ⲁⲩⲱ ⲁïϫⲟⲕⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲣⲁï ϩⲙ̄ ⲡⲉⲃⲟⲧ ⲁⲩⲅⲟⲩⲥⲧⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ ⲧⲁï ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲑⲁï ⲉⲧⲁïϫⲟⲟⲥ· ⲙⲁⲣⲟⲩ ⲱϣ ⲛ̄ⲛⲁⲓ ⲁⲩⲱ ϯⲥⲟ ⲛⲁⲓ, ⲉϣϫⲉ ⲁïⲥⲟⲣⲙ̄, ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲟⲩⲁⲗⲡⲉⲣⲅⲁ ⲙⲛ̄ ⲡⲟⲩⲟⲓⲇⲉ ⲙⲛ̄ ⲡⲅⲓⲱⲣⲅⲓ ⲛⲏⲉⲧⲟⲓ ⲛ̄ⲥⲁⲃⲉ ⲛ̄ⲣⲉϥϯⲥⲃⲱ ⲛ̄ⲧⲉïⲁⲥⲡⲉ ⲑⲁï. ⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲟⲩⲧⲱï ⲙⲛ̄ ⲛⲁⲓ· ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲉ ⲓⲥⲙⲏⲛⲓⲁⲥ' ⲛⲉϥϩⲱⲥ ⲛⲁϥ ⲙ̄ⲙⲓⲛ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲁⲩⲱ ⲉ ϩⲉⲛ ⲙⲟⲩⲥⲁ': —

I V.

Ægyptii codicis Fragmentum, duabus membranis constans, longis uncias fere 10 ⅓, *latis uncias fere* 8 ⅓. *Vid. Specimen pag. XXX. num.* 4.

Continet homiliæ cujusdam, seu Sermonis partem, in qua perpetua fit comparatio inter Medicum ægrotorum corpora curantem, et Dom. N. Jesum Christum ut medicum animarum.

Desunt initio 204. paginæ. Prima e duabus hisce membranis erat postrema decimitertii quaternionis; quæ autem sequitur, erat prima quartidecimi, ut ex numeris ⲓⲅ, et ⲓⲇ apparet. Quaterniones vero erant octaptychi.

Hujus librarii propria hæc sunt. Literæ eleganter ab ipso efformatæ vetustam ac genuinam formam habent. Character characteri illi valde similis, quo Borgianæ membranæ S. Coluthi Miracula continentes exaratæ sunt, ut ex earum specimine, quod in ære insculptum Cl. Præsul edidit, comperi: ac lector ipse aliquatenus comperiet, si specimen illud cum eo quod superius pag. 30. num. 4. edidimus, contulerit. Librarius valde accuratus est: nullam omittit lineolam, nullam interpunctionem, nullum accentum. Græcas voces emendate scribit cunctas, una excepta: crebræ autem sunt in hoc fragmento. Vocabula a vocabulis de more non disiungit nisi ubi sit interpungendum. Si de codicis antiquitate dicere aliquid cogerer (quod tamen haud libenter facio: res enim est periculi plena, cum ægyptium codicem, cujus certo ætas constet, nullum adhuc viderim), quartum hoc Fragmentum tribus superioribus vetustius esse arbitrarer.

rer. Porro si multos huiusmodi codices, aut hunc saltem integrum haberemus, genuina thebæorum orthographia nobis, opinor, innotesceret: etsi cuiuslibet plane mendi expers ne hic quidem sit.

Denique numeri, quibus signatæ olim paginæ fuerunt, librario recentiores sunt, ut puto: alio certe calamo, alio atramento, alia manu exaratæ, ut in specimine videre licet: ubi decimanona litera, seu ducenarii nota, C, (ita enim G illam accipio, nec aliter accipi posse reor, nec pro ⲙ scilicet, neque pro ⲃ parvo græcorum amanuensium, nec pro ϭ, quibuscum duntaxat aliquam habet similitudinem) novo quodam ac singulari modo efformata est, ut septimæ Latinorum literæ G maiusculæ pene similis videatur. Bini illi doctissimi ac perdiligentes Monachi Sancti Mauri, qui eximium opus sex constans tomis de Re Diplomatica Gallice scripserunt, quamvis cunctas ægyptiarum literarum formas, quæ ipsis quidem notæ forent, attulerint tomo 1. pag. 703, tamen eam literæ C figuram, quam in nostri Fragmenti numeris quater conspicimus, nequaquam afferunt.

Jam vero ut clarius appareat, ea quam dixi nota ducenarium designari, quoniam litteris numeri etiam apud ægyptios designantur, antequam ulterius progrediar, pauca de vetusto ægyptiarum literarum ordine, ex quo numerorum ratio pendet, nempe de ægyptiaco Alphabeto, placet adjicere. Itaque apud hebræos, ægyptios, et græcos (de Rutenis enim aliisque nationibus loqui meum non est) quum literæ numeros etiam denotent, certus quidam et constans literarum ordo fuerit necesse est. De hebræis, græcisque nulla est controversia. Sed quod spectat ad ægyptios, de genuino, aut saltem vetustissimo omnium literarum ordine non consentiunt qui eorum Alphabetum in Europa tradiderunt: de postremis præsertim literis dissensio est a litera ⲭ, *Chi*, usque ad finem Alphabeti. Kircherus quidem ægyptium alphabetum in Prodromo disposuit in hunc modum. ⲁ, ⲃ, ⲅ, ⲇ, ⲉ, ϛ, ⲍ, ⲏ, ⲑ, ⲓ, ⲕ, ⲗ, ⲙ, ⲛ, ⲝ, ⲟ, ⲡ, ⲣ, ⲥ, ⲧ, ⲩ, ⲫ, ⲭ, ⲱ, ϣ, ϥ, ϧ, ϩ, ϫ, ϭ, ϯ, ⲯ. Lacrozius integrum alphabetum non affert, sed literam ⲯ ultimum in locum et ipse rejicit. Hi quamnam ob causam literam ⲯ loco moverint, postremumque ei assignaverint, nescire me fateor. Septingentos enim cum valeat, inter ⲭ, et ⲱ collocanda est, quarum illa sexcentos, hæc octingentos notat. Bini vero Monachi S. Mauri, qui de re diplomatica gallice scripserunt,

serunt, literas hoc ordine disponunt tom. 1. pag. 703: ⲁ, ⲃ, ⲅ, ⲇ, ⲉ, ⲋ, ⲍ, ⲏ, ⲑ, ⲓ, ⲕ, ⲗ, ⲙ, ⲛ, ⲝ, ⲟ, ⲡ, ϥ, ⲣ, ⲥ, ⲧ, ⲩ, ⲫ, ⲭ, ⲱ, ϣ, ϧ, ϩ, ϫ, ϭ, ϯ, ⲯ. Litera ϥ, inquiunt, valet nonaginta: id autem vere dici, videbimus in Fragmento nono: itaque literæ ⲡ, quæ octoginta denotat, proxime subjungenda est. Didymus Taurinensis denique (nam de ægyptio Præsule Tukio dicam postea) huiusmodi proponit alphabetum: ⲁ: ⲃ: ⲅ: ⲇ: ⲉ: ⲍ: ⲏ: ⲑ: ⲓ: ⲕ: ⲗ: ⲙ: ⲛ: ⲝ: ⲟ: ⲡ: ⲣ: ⲥ: ⲧ: ⲩ: ⲫ: ⲭ: ⲯ: ⲱ: ϥ: ϫ: ϭ: ϣ: ϩ: ϧ: ϯ: ⲋ. Nonnullis itaque literis novum ordinem tribuit, characterem autem sextum ⲋ, eo quod litera proprie apud ægyptios non sit, sed senarii nota, in alphabeti fines amandat, eoque ex loco ejicit, quem in hebraico alphabeto habet, ubi et litera est, et senarii nota. Hebræorum enim *Vav*, græcorumque et ægyptiorum *episemon bav*, idest *Vav*, unius ejusdemque originis ac formæ sunt, converso duntaxat e sinistro in dextrum latus uncini apice. Quæ sit Scholtzii opinio, quum eius Grammaticam necdum viderim, ignoro.

Hanc opinionum diversitatem animo mecum reputans cum ægyptiæ linguæ operam dare institui, diu anceps hæsi: probabilia enim singuli scriptores afferre videbantur: sed cum tandem in acrosticha illa psalmata, sive rhythmos, seu cantica dicere mavis, incidissem, quæ in Pontifical. part. 2, et in Theotociis ægyptii recitant, omnis continuo evanuit dubitatio: nec enim illud quærendum est, quo ordine disponi elementa debuissent: quæ disputatio et inanis est, ac si institueretur, nullum unquam exitum ne in Latino quidem græcove alphabeto esset habitura: sed quo ordine ab ægyptiis ipsis disposita fuerint antiquitus, scire operæ pretium est. Ex illis vero quæ dixi canticis, quorum singuli versiculi a singulis ex ordine literis incipiunt, ex illo autem potissimum quod pag. 51. Theot. Rom. editionis extat, incipitque ⲁⲓⲕⲱϯ ⲛ̄ⲥⲱⲕ, apparet vetustum literarum ordinem non alium ab illo fuisse, quem Tukius tradidit. Nimirum prima litera est ⲁ: 2. ⲃ: 3. ⲅ: 4. ⲇ: 5. ⲉ: 6. ⲋ: 7. ⲍ: 8. ⲏ: 9. ⲑ: 10. ⲓ: 11. ⲕ: 12. ⲗ: 13. ⲙ: 14. ⲛ: 15. ⲝ: 16. ⲟ: 17. ⲡ: 18. ⲣ: 19. ⲥ: 20. ⲧ: 21. ⲩ: 22. ⲫ: 23. ⲭ: 24. ⲯ: 25. ⲱ: 26. ϣ: 27. ϥ: 28. ϧ: 29. ϩ: 30. ϫ: 31. ϭ: 32. ϯ. Duo igitur characteres in hocce alphabetum irrepserunt, quos de possessione dejicere iniquum esset, sextus videlicet, ac trigesimus secundus: horum ille tam vetustus est quam hebræorum lingua, etsi non litera ægyptiis sit, sed senarii nota:

hic

hic vero a S. Pachomio inter literas numeratus, non litera proprie est, sed duarum literarum TI nexus: qui utrum ab ethnicis ægyptiis inventus sit, aut e Græcia desumptus, aut tam crebro saltem ab iis adhibitus; an vero a christianis in honorem vivificæ crucis (instar alterius nexus pag. XXIII, et insequente a me commemorati, et ex literis T et P constantis) creberrime usurpatus fuerit, ideoque tandem quasi litera alphabeto adiectus, extremoque loco positus, ignoro. Simili fere modo in græcum alphabetum literæ, seu potius literarum nexus ξ, et ψ irrepserunt.

Quod si conjecturam subiungere licet, equidem crediderim ægyptios quum primum græca elementa adoptarunt, duodevigesimo loco, nempe inter Π, et P, characterem quoque illum habuisse, inter numerandum saltem, qui in græcorum alphabeto, aut numeratione, respondet literæ hebræorum *Koph*, ק, quæ apud hebræos ipsos nonagenarium denotat: hic autem græcorum character est litera ipsa hebraica *Koph* inversa, valetque et ipse nonaginta, et vocatur nunc a grammaticis ἡ σκόπητα, sed nuncupatus olim fuit, ac vocandus est *Koppa*. Quum vero hujusmodi character ægyptiacæ literæ ϥ persimilis foret, hinc factum forsitan est, ut character *Koppa* paulatim obsoleverit in ægypto, eique litera ϥ in numerorum serie duntaxat subrogata fuerit; quæ tamen, prout est litera, loco suo, nempe vigesimo septimo, remanserit.

Verum alia mihi nunc in mentem venit coniectura, quam lectori expendendam propono. Marius Victorinus pag. 30. hæc scribit: „ F vero, G, et Q in græcis etiam literis fuisse, et „ nunc esse, sed G numero servire, atque nonaginta significa„ re." Num ergo coniiciemus, ægyptiis quoque nonagenarii numeri notam fuisse G, aut Ϥ, ideoque nostram ϭ heic non ducenarium, ut putabam, sed nonagenarium significare? Quaternionum quidem numeri IΓ, et IΔ coniecturæ huic adversari possunt: sed ſi eam amplecti velimus, quaterniones ipsos non octaptychos, sed tetraptychos fuisse dicendum erit, in paginarum vero numeris errorem esse, ac pro numero 105. scriptum fuisse numerum 95. in prima huius Fragmenti pagina.

Numeri ergo apud ægyptios ab unitate usque ad octingentos, eodem modo notantur, quo a græcis. At nongentos denotans litera, vel nota quænam est? Vilkinsio est P̄, ut p. 58. Didymus Taurinensis testatur, ea nempe ipsa litera quæ centenarium designat. Sed quis hoc probet? Equidem etsi nulla ad-

huc possim auctoritate opinionem hac de re meam confirmare, adduci tamen non possum, ut dubitem, quin nongenti ab ægyptiis *episemo Sampi* ϡ notentur, ut apud græcos. Millenarius etiam, aliique majores numeri, nempe duo millia, tria millia, et reliqui, ita ab ægyptiis notantur, ut a græcis: quod ex Psalterio Romæ impresso apparet, ubi pag. 423. liber psalmorum constare dicitur ͵ⲈⲪⲞⲈ, id est 5575. versibus. Sed de his satis, ne dicam nimis. Redeo ad catechesim.

Auctoris nostri stylus in hocce Fragmento humilis est, ac simplex, qualem in Theodori Studitæ Catechesibus, in Antiochi monachi sermonibus, iisque in epistolis, sive potius homiliis, quas S. Antonius Abbas ægyptiace scripsit, observare licet. Quamquam styli tenuitas non tam Auctoris esse videtur, quam ægyptiæ gentis, ac linguæ: ut proinde merito S. Hieronymus Præfatione in Regulam S. Pachomii scripserit: *Simplicitatem ægyptii sermonis imitati sumus*. Verum hæc lingua, ut libere dicam quod sentio, non modo simplex mihi videtur, sed etiam rudiuscula. Hebraica quoque simplex est, sed sublimi quadam, nobili, et eleganti simplicitate, si de illa tamen sermo sit, qua sacri libri conscripti sunt: ridicula enim, et absurdissima scurræ illius, qui se Voltærium ipse cognominavit, hisce de rebus judicia nihili plane faciunt qui sapiunt, ut in meis ad Pindari Odas *Conjecturis* dixi, ac nihili revera facienda esse ostenderam in Notis ad Didymum Alexandrinum pag. 379. Ægyptia vero insuavis, stridula, compositis quidem vocabulis abundans, inops tamen potius, quam copiosa, ideoque ambiguis vocibus ac locutionibus referta, multoque minus in summa elegans meo quidem iudicio est, quam illa qua populus servitute ab ægyptiis oppressus loquebatur. Græca ipsa verba quæ adsciscit, videntur sæpe quasi purpureus pannus plebeiæ ac laceræ vesti adsutus. Eadem vero ægyptii sæpenumero sive Auctores, sive librarii, memphitici præsertim, depravant, corrumpuntque. Passim itaque in eorum libris invenias ⲔⲨⲂⲰⲦⲞⲤ exempli gratia pro ⲔⲒⲂⲰⲦⲞⲤ, ⲬⲢⲨⲤⲦⲀⲖⲞⲤ pro ⲔⲢⲨⲤⲦⲀⲖⲖⲞⲤ, ⲔⲈⲂⲈⲢⲚⲒⲦⲎⲤ pro ⲔⲨⲂⲈⲢⲚⲎⲦⲎⲤ, ⲆⲈⲤⲠⲞⲨⲦⲎⲤ pro ⲆⲈⲤⲠⲞⲦⲎⲤ, ⲔⲈⲚⲀⲘⲰⲚⲞⲚ, et ⲔⲨⲚⲀⲘⲰⲚⲞⲚ pro ⲔⲒⲚⲚⲀⲘⲰⲘⲞⲚ, ⲈⲠⲈⲒⲐⲨⲘⲈⲒ pro ⲈⲠⲒⲐⲨⲘⲈⲒ, ⲦⲀⲠⲀⲚⲎ pro ⲆⲀⲠⲀⲚⲎ, ⲔⲨⲚⲆⲎⲚⲈⲨⲈ pro ⲔⲒⲚⲆⲨⲚⲈⲨⲈ, ⲞⲨⲦⲈⲤⲦⲒⲚ pro ⲦⲞⲨⲦⲈⲤⲦⲒⲚ, τȣ̃τ᾽ ἔστι, ϨⲨⲦⲀⲖⲒⲀ pro ⲒⲦⲀⲖⲒⲀ, sive ϨⲒⲦⲀⲖⲒⲀ, ⲀⲠⲞⲦⲀⲌⲈⲐⲈ pro ⲀⲠⲞⲦⲀⲤⲤⲈⲤⲐⲈ, *ἀποτάσσεσθαι*, ⲀⲚⲀⲄⲔⲎⲞⲚ pro ⲀⲚⲀⲄⲔⲀⲒⲞⲚ, ⲈⲜⲞⲨⲤⲈⲒⲀ̀ pro ⲈⲜⲞⲨⲤⲒⲀ̀, ⲔⲞⲨⲖⲎⲘⲂⲎⲐⲢⲀ, et ⲔⲞⲖⲨⲘⲂⲎⲆⲢⲀ pro ⲔⲞ-

ⲖⲨⲘ-

ⲗⲩⲙⲃⲏⲑⲣⲁ, ⲁⲛⲉⲑⲉⲙⲁ pro ⲁⲛⲁⲑⲉⲙⲁ, ⲡⲟⲗⲩⲙⲟⲥ pro ⲡⲟⲗⲉⲙⲟⲥ, ⲑⲗⲩⲯⲓⲥ pro ⲑⲗⲓⲯⲓⲥ, ⲕⲁⲧⲁⲕⲗⲏⲥⲙⲟⲥ pro ⲕⲁⲧⲁⲕⲗⲩⲥⲙⲟⲥ, ⲥⲕⲉⲟⲥ pro ⲥⲕⲉⲩⲟⲥ, ⲕⲩⲑⲁⲣⲁ pro ⲕⲓⲑⲁⲣⲁ, ⲉⲧⲏⲙⲁ pro ⲁⲓⲧⲏⲙⲁ, ⲉⲡⲓⲕⲏⲥ pro ⲉⲡⲓⲉⲓⲕⲏⲥ, ϩⲩⲥⲟⲥ pro ϩⲓⲥⲟⲥ, ἴσος, ⲉⲡⲓⲥⲧⲓⲙⲓ pro ⲉⲡⲓⲥⲧⲏⲙⲏ, ⲥⲁⲙⲃⲏⲕⲏ pro ⲥⲁⲙⲃⲟⲩⲕⲏ, ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲓⲥⲧⲏⲥ pro ⲇⲓⲁⲅⲱⲛⲓⲥⲧⲏⲥ, ⲛ̄ⲁⲛⲧⲓⲟⲛ pro ⲉⲛⲁⲛⲧⲓⲟⲛ, ⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ' pro ⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲓⲁ', ⲁⲡⲟⲧⲁⲕⲇⲓⲕⲟⲥ pro ⲁⲡⲟⲧⲁⲕⲧⲓⲕⲟⲥ, ⲥⲕⲟⲙⲟⲣⲉⲁ pro ⲥⲩⲕⲟⲙⲱⲣⲁⲓⲁ, vel ⲥⲩⲕⲟⲙⲟⲣⲉⲁ, ⲗⲩⲙⲯⲁⲛⲟⲛ pro ⲗⲉⲓⲯⲁⲛⲟⲛ, ⲁⲣⲭⲏⲇⲉⲗⲱⲛⲏⲥ pro ⲁⲣⲭⲓⲧⲉⲗⲱⲛⲏⲥ, ⲥⲩⲙⲉⲇⲁⲗⲓⲟⲛ pro ⲥⲉⲙⲓⲇⲁⲗⲓⲟⲛ, ⲕⲁⲡⲏⲗⲱⲥ pro ⲕⲁⲡⲏⲗⲟⲥ, ⲉⲡⲓⲧⲩⲙⲁⲛ pro ⲉⲡⲓⲧⲓⲙⲁⲛ, ⲡⲟⲧⲏⲣⲓ pro ⲡⲱⲇⲏⲣⲏ, ⲙⲏⲧⲣⲁ pro ⲙⲓⲧⲣⲁ, ⲭⲁⲗⲩⲛⲟⲥ pro ⲭⲁⲗⲓⲛⲟⲥ, ⲕⲁⲑⲏⲕⲉⲥⲓⲥ pro ⲕⲁⲧⲏⲭⲏⲥⲓⲥ, ⲕⲁⲑⲏⲕⲓⲛ pro ⲕⲁⲧⲏⲭⲉⲓⲛ, ⲡⲓ ⲁⲡⲟⲙⲉⲣⲟⲥ, τὸ ἐκ μέρȣς, *quod ex parte est*, ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ pro ⲟⲙⲱⲥ, ὅμως, *tamen*, ϩⲉⲃⲇⲱⲙⲁⲥ pro ϩⲉⲃⲇⲟⲙⲁⲥ, ⲫⲁⲥⲓⲥ pro ⲃⲁⲥⲓⲥ, ⲭⲣⲓⲛⲟⲛ pro ⲕⲣⲓⲛⲟⲛ, ϩⲩⲗⲟⲥ pro ϩⲉⲗⲟⲥ, ἕλος, *palus*, *stagnum*, ⲝⲁⲓⲣⲏⲧⲱⲥ pro ⲉⲝⲁⲓⲣⲉⲧⲱⲥ, ⲥⲡⲉⲗⲉⲟⲛ, et ⲥⲡⲗⲉⲟⲛ pro ⲥⲡⲏⲗⲁⲓⲟⲛ, ⲁⲡⲟⲅⲁⲗⲩⲙⲯⲓⲥ pro ⲁⲡⲟⲕⲁⲗⲩⲯⲓⲥ, ⲡⲟⲗⲉⲩⲓⲛ pro ⲁⲡⲟⲗⲁⲩⲓⲛ, ἀπολαύειν, ⲛⲩⲙⲫⲓⲛ pro ⲛⲏⲫⲓⲛ, νήφειν, ⲉⲩⲫⲟⲙⲓⲛ pro ⲉⲩⲫⲏⲙⲓⲛ, εὐφημεῖν, ⲉⲣⲥⲕⲓⲛ pro ⲉⲣⲁⲥⲕⲓⲛ, ἀσκεῖν, ⲁⲕⲧⲓⲍⲟⲙⲉⲛⲟⲥ pro ἄκτιστος, *increatus*, et alia innumerabilia, de quibus lectorem moneri non inutile foret: eorum enim aliqua græcæ etiam linguæ peritum morari queunt.

Huius Catecheseos auctor quisnam fuerit, neque novi, nec mihi vacat inquirere in præsenti. Perantiquus sane est, ut ipsa quoque membranæ vetustas indicat. Illud tantum animadverto, *binas disputationes, idest catecheses, per singulas hebdomadas a Præposito quolibet compleri* debuisse, ut loquitur S. Hieronymus, caput CLVI. Regulæ S. Pachomii latine vertens: quæ tamen verba de Pachomiani tantum instituti Præpositis accipienda sunt. In aliis vero conventibus, ecclesiisve quibus diebus haberi homiliæ consueverint, satis a me disputatum fuit in Notis ad Didymum pag. 305.

Pagina I.

ⲁⲉ

ⲃⲉ [1] ⲉⲧⲛⲁϣⲧ [a]
ⲛ̄ⲑⲉⲉⲧⲥⲏϩ
ϫⲉⲉⲧⲃⲉⲟⲩⲙ̄
ⲡϥ̄ⲃ ⲓ̄ⲉϩⲣⲁⲓⲛ̄
ϭⲓⲛⲧⲁⲗϭⲟⲛ̄
ⲧϣⲉⲉⲣⲉ [2] ⲙ̄ⲡⲁ
ⲗⲁⲟⲥ [3]. ⲡⲉⲧⲙ̄
ⲕⲱ̄ⲙ̄ⲡϣⲁϫⲉ
ⲛ̄ⲧⲉⲥⲃⲱ̄ⲙⲛ̄
ⲛ̄ⲉⲛⲧⲟⲗⲏ.
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲕⲉⲡⲁϩⲣⲉ
ⲧⲏⲣⲟⲩⲉⲧⲛⲁ
ⲉⲡⲓϣⲱⲛⲉ [4] ϩⲓ
ϫⲱϥ . ⲧⲟ̄ⲓⲛ
ϩⲱⲛ [5] ⲇⲉ [b] ⲙ̄ⲡⲉⲧ
ⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉⲉⲣⲟⲛ
ⲉⲧⲣⲉⲛⲕⲱ̄ⲙ̄
ⲡⲡⲁϩⲣⲉϩⲓϫⲛ̄
ⲛⲉⲡⲗⲏⲅⲏⲧⲉ
ⲧⲁⲓ̈ · ϫⲉⲡⲁϣⲏ
ⲣⲉϩⲁⲣⲉϩⲉⲛⲁ
ϣⲁϫⲉ, ⲁⲩⲱ
ϩⲉⲡⲛⲁⲉⲛⲧⲟ
ⲗⲏ̄ϩⲁϩⲧⲏⲕ.
ⲁⲩⲱϫⲉϩⲁⲣⲉϩ
ⲉⲛⲁⲉⲛⲧⲟⲗⲏ
ⲧⲁⲣⲉⲕⲱⲛ̄ϩ.
ⲁⲩⲱϫⲉⲉⲕϣⲁⲛ
ⲕⲁⲁⲩ [6] ϩⲙ̄ⲡⲉⲕ
ϩⲏⲧⲕⲛⲁϯϩⲏⲩ.
ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ ⲉϣⲁϥ
ⲃⲱⲕⲁⲛⲉⲣⲁⲧϥ̄

ⲛ̄ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙ̄ⲙ̄ϩⲁ
ⲡⲗⲱⲥ ⲉⲣ̄ⲡⲁ
ϩⲣⲉⲉⲣⲟⲟⲩ.
ⲙⲟⲅⲓⲥⲧⲁⲣⲛ̄ϥ
ⲃⲱⲕⲉⲣⲁⲧϥ̄ⲙ̄
ⲡⲁⲣⲭⲱⲛ · ⲏ̄
ⲡⲣ̄ⲙⲙⲁⲟ ⲉⲧⲉ
ⲟⲩⲛ̄ⲧⲟⲩϩⲁϩ
ⲛ̄ⲭⲣⲏⲙⲁ · ⲡⲉ
ⲭ̄ⲥ̄ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲓ̄ⲥ̄
ⲡϣⲁⲛϩⲧⲏϥⲛ̄
ⲛⲁϩⲧ · ⲛ̄ⲧⲁϥ
ⲉⲓⲉⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉⲉ
ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙⲉ
ⲧⲟⲩϫⲓⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ
ⲛ̄ϭⲟⲛⲥ̄ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲙ̄ⲡⲇⲓⲁⲃⲟ
ⲗⲟⲥ . ⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ ⲙⲉⲛⲓ̄ⲥ̄ϥϩⲏⲛ
ⲉϩⲟⲩⲛⲉⲟⲩ
ⲟⲛⲛⲓⲙⲛ̄ⲟⲩⲟ
ⲉⲓϣⲛⲓⲙⲉⲧ
ϩⲉⲗⲡⲓⲍⲉⲉⲣⲟϥ.
ϥⲙⲟⲩϩ ⲅⲁⲓ ⲛ̄ⲧⲡⲉ
ⲁⲩⲱϥⲙⲟⲩϩ
ⲙ̄ⲡⲕⲁϩ . ⲁⲗⲗⲁ
ⲁϥⲉⲓ̄ϣⲁⲣⲟⲛ̄ⲛ̄
ⲟⲩⲥⲟⲡⲛ̄ⲟⲩ
ⲱⲧ . ϫⲉⲉⲣⲉ
ⲡⲅⲉⲛⲟⲥ ⲧⲏ
ⲣϥ̄ⲛ̄ⲛⲉⲭⲣⲉⲓⲥ
ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ [7] ⲛ̄ⲟⲩ

ADNOTATIONES.

Antequam Fragmentum hocce, aliaque deinceps scholiis illustrare aggrediar, illud a lectore peto, ut plura a me, quam pollicitus initio fuerim, non exposcat: nec miretur si qua identidem loca non interpretabor: si enim horum editio tandiu differenda foret, quoad omnia probe clareque intellexerim, nunquam hæc fortasse in lucem emisissem.

[1] Sup-

[1] Suppleo: ... ЄΤΒЄ, *de* vel *propter*. Sententia tamen cum pendeat e præcedentibus, quæ desiderantur, mutila adhuc et manca est. Quæ supersunt, sic interpretor:

[a]... „ *De eo qui induratus sit*, *sicut scriptum est* (Jerem. „ VIII. 22.): Quare non ascendit *(non crevit)* sanatio filiæ po- „ puli mei? *qui verbum doctrinæ*, *et præcepta*, *et alia omnia me-* „ *dicamenta quæ huius morbi sunt propria*, *sibi non applicat*. *Me-* „ *dicamentum* „ etc.

[2] Sequitur Auctor, ut solent ægyptii Sacrorum Bibliorum Interpretes, græcam sive Alexandrinam Interpretationem, quæ habet: *διὰ τί ȣ̓κ ἀνέβη ἴασις θυγατρὸς λαȣ̃ μȣ*; Vulgatus paulo aliter, et clarius.

[3] Observa græcas voces scribi ab hoc librario cum accentu postremæ vocabuli literæ apposito: ut ⲗⲁⲟⲥ̀, ⲁⲅⲁⲡⲏ̀, *ἀγάπη*; ⲕⲟⲗⲁⲥⲓⲥ̀, *κόλασις*; ⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ̀, *διάβολος*; ⲅⲉⲛⲟⲥ̀, *γένος*, etc.

[4] Malim: ⲉⲡⲉⲓ̈ϣⲱⲛⲉ̀, ut mox recte scribit noster librarius ipsemet pag. ⲤⲎ, sive postrema.

[5] Nomen ⲧⲟ̄ⲓⲛϩⲱⲛ illud denotat, ut reor, quod vulgo dicimus, *la ricetta del Medico*. Sic igitur interpretari pergo:

[b] „ *Medicamentum autem quod nobis ille præscribit qui nos* „ *curat* (Christus), *ut illud plagis nostris applicemus*, *huiusmodi* „ *est*: *nempe*: Fili mi serva meos sermones, et absconde mea „ præcepta apud te (Prov. VI. 1.): *Et*: Serva mandata mea, „ et vives (Prov. VII. 2.): *Et*: Si posueris ea in corde tuo, „ lucrifacies. *Medicus non ad omnes omnino se confert*, *ut iis me-* „ *deatur*: *vix enim ad Præsidem venit*, *aut ad divitem*, *quibus* „ *multæ sunt pecuniæ*. *Christus vero Jesus miserator et misericors*, „ *venit ipsemet ad medendum iis omnibus qui a diabolo læsi fue-* „ *rint*. *Dominus quidem Jesus prope semper adest iis omnibus*, *qui* „ *in illum sperant*; *implet enim cælum*, *et implet terram*: *sed se-* „ *mel tantum ad nos venit*, *ut genus omne Christianorum ad eum* „ *quocunque tempore usque ad consummationem seculi confugiat*, *ad* „ *gloriam et exaltationem*: *sicut Sanctus dixit* (Psalm. III. vers. „ 4.): Tu es gloria mea, et exaltans caput meum: *Et rursus* „ (Prov. XVIII. 10.): Justi exaltabuntur in confugiendo ad „ eum. *Medicus* „ etc.

[6] ⲉⲕϣⲁⲛⲕⲁⲁⲩ, *Si posueris ea* etc.) Hæc ipsa verba in græcis Bibliis non inveni. Simile quid Papebrochio contigit, aureum vetustissimi Scriptoris de S. Pachomii, eiusque sociorum vita librum adnotationibus illustranti ad diem XIV. Maii. Nam cap. IX. num. 73. græcus ille auctor sic loquitur: *καὶ τὸ γε-*

γϱαμ-

γραμμένον πληρωθήσεται ἐπ' αὐτόν· Πᾶσα φωνὴ ἐπαναστήσεταί σοι εἰς κρίσιν, καὶ πάντας αὐτὰς ἡττήσης: idest, ut vertit Cardonus: *Et in eo* (h. e. in S. Athanasio) *implebitur illud quod scriptum est:* „ Quicunque contra te voce sua insurgent, in judicium „ illis erit, et universis hostibus evades superior. „ Ad quæ Scripturæ verba Notam hanc apposuit Papebrochius pag. 325: *Nescio, quis hic Scripturæ locus indicetur.* Verum quod frustra in Vulgato Interprete quæsivit vir doctus, id in græco quærendum erat, ubi a me inventum fuit. Nam Isai. LIV. 17. legimus: Πᾶσα φωνὴ ἀναστήσεται ἐπὶ σὲ εἰς κρίσιν· πάντας αὐτὰς ἡττήσεις, i. e. *omnis vox surget adversum te in iudicium; universos ipsos vinces.* Quod Papebrochio evenit in præsens, id mihi forsitan continget in posterum, ut ea verba, quæ et in græco, et in latino Interprete incassum quæsivi (eorum enim sententia pluribus in locis deprehenditur), ab aliquo alio reperiantur. Ceterum additamenta in ægyptiacis versionibus crebro occurrere (quacunque tandem id ex causa fiat) et paulo superius jam monui, et quamplurimis exemplis, quæ mihi eas percurrenti occurrerunt, probare possem: sed nonnulla tantum, brevitatis ergo, indicasse sufficiet, nonnullasque etiam omissiones, quas deprehendet quisquis cum græca versione contulerit memphiticam ad Johann. V. 3, ubi quartus etiam versiculus plane omittitur; ad Isai. XL. 1; ad Ezech. XXXVI. 26, et 27; ad 1. Tim. IV. 6; ad Deuter. XVI. 10; ad Exod. XV. 26, ubi additur: *Et facies ea quæ placent coram illo;* et alibi sæpe: ut nihil dicam de celebri illo additamento quod ex Tukio affert Didymus Taurinensis pag. 29.

[7] Accuratus etiam librarius in mendum heic incidit. Scribe, ⲚⲚⲈⲬⲢⲒⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ, ut recte scriptum videbis Fragm. VI. pag. 227, et in Liturgia S. Gregorii pag. 289, quamvis pag. 259. scriptum perperam fuerit ⲬⲢⲎⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ: quasi vero dictionis etymon sit ⲬⲢⲎⲤⲦⲞⲤ, non vero ⲬⲢⲒⲤⲦⲞⲤ. Hanc scripturæ varietatem cum in hac, tum in aliis vocibus passim occurrentem animo reputans in eam descendi opinionem, ut putem librariorum incuriæ ac imperitiæ, non dialecto thebaicæ, imo fortasse ne memphiticæ quidem, tribuendas esse has græcarum vocum depravationes: itaque recte non posse scribi nisi ⲬⲢⲒⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ, exempli gratia; alias vero scripturas, ⲬⲢⲈⲒⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ, ⲬⲢⲎⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ, ⲬⲢⲨⲤⲦⲒⲀⲚⲞⲤ, e sola Exscriptorum inscitia derivari. Quæ de plurimis quidem aliis, sed de græcis potissimum vocibus ægyptiaca civitate donatis dicta volo: de ægyptia-

ptia-

ptiacis enim dicere spectat ad peritiores, ubi menda non sint manifesta, ut sæpe sunt.

ⲥ̄ϛ̄ Pagina II. ⲓ̄ⲅ̄

ⲟⲉⲓϣⲛⲓⲙ'ⲛⲁ
ⲡⲱⲧ'ⲉⲣⲁⲧϥ̄
ϣⲁⲧⲥⲩⲛⲧⲉ
ⲗⲉⲓⲁ'ⲙ̄ⲡⲁⲓⲱⲛ'
ⲉⲩⲉⲟⲟⲩⲙⲛ̄ⲟⲩ
ϫⲓⲥⲉ̀. ⲛ̄ⲑⲉ
ⲛ̄ⲧⲁⲡⲡⲉⲧⲟⲩ
ⲁⲁⲃ' [1] ϫⲟⲟⲥ'ϫⲉ
ⲛ̄ⲧⲟⲕ [2] ⲡⲉⲡⲁ
ⲉⲟⲟⲩⲁⲩⲱⲉⲧ
ϫⲓⲥⲉⲛ̄ⲧⲁⲁⲡⲉ̀·
ⲁⲩⲱⲟⲛϫⲉ̀ [3] ⲛ̄ⲇⲓ
ⲕⲁⲓⲟⲥ'ⲛⲁϫⲓⲥⲉ̀
ϩⲙ̄ⲡⲡⲱⲧ'ⲉⲣⲁ
ⲧϥ̄ . ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ' [c]
ⲉϥϫⲓⲡⲉⲓⲣⲁ'ⲙ̄
ⲡϣⲱⲛⲉϩⲛ̄
ⲛⲉϥⲡⲁϩⲣⲉ.
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲇⲉ ⲓ̄ⲥ
ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ
ⲛ̄ⲛⲉⲧϣⲱⲛⲉ̀
ϩⲙ̄ⲡϣⲱⲛⲉⲛ̄
ⲁⲛⲟⲙⲓⲁ'ⲛⲓⲙ'
ϫⲉⲛⲉⲧⲛ̄ⲛⲟ
ⲃⲉ [4] ⲕⲏ'ⲛⲏⲧⲛ̄
ⲉⲃⲟⲗ' . ⲁⲩⲱⲛ̄
ⲧⲉⲩⲛⲟⲩϣⲁⲩ
ⲧⲁⲗϭⲟ' . ⲡⲥⲁ
ⲉⲓⲛ' ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ'
ⲉϥϫⲓⲙ̄ⲡⲉϥⲃⲉ
ⲕⲉ . ⲓ̄ⲥ ⲇⲉⲛ̄
ⲧⲟϥ ⲛ̄ⲧⲁϥⲧⲁⲁϥ

ⲛ̄ⲥⲱⲧⲉ ϩⲁⲟⲩ
ⲟⲛⲛⲓⲙ'ⲉⲧⲉⲙ̄
ⲙ̄ⲛⲧⲟⲩϩⲉⲗ
ⲡⲓⲥ'ⲙ̄ⲙⲁⲩⲛ̄ⲥⲁ
ⲃⲗ̄ⲗⲁϥ' [5]. ⲡⲥⲁ
ⲉⲓⲛ' [d] ⲛⲉϥ ⲡⲁϩⲣⲉ [6]
ϩⲉⲛⲉⲃⲟⲗⲛⲉ [7]
ϩⲛ̄ϩⲉⲛⲛ̄ⲧⲏϭ
ⲙⲛ̄ϩⲉⲛⲕⲉⲁ
ϣⲏ'ⲙ̄ⲙⲓⲅⲙⲁ' [8]
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ'ⲇⲉ ⲓ̄ⲥ
ⲛⲉϥⲡⲁϩⲣⲉ̀ϩⲉⲛ
ⲉⲃⲟⲗⲛⲉϩⲛ̄
ⲛⲉϥⲙⲛ̄ⲧⲛⲁ
ⲏⲧ', ⲙⲛ̄ⲛⲉϥ
ⲙⲛ̄ⲧϣⲁⲛϩⲧⲏϥ̂
ⲙⲛ̄ⲛⲉϥⲙ̄ⲛ̄ⲧⲁ
ⲅⲁⲑⲟⲥ' . ⲙⲛ̄
ⲛⲉϥⲙ̄ⲛ̄ⲧϩⲁⲣϣ̄
ϩⲏⲧ' . ⲙⲛ̄ⲛⲉϥ
ⲁⲛⲟⲭⲏ' . ⲙⲛ̄
ⲛⲉϥⲙⲛ̄ⲧⲭⲣⲏ
ⲥⲧⲟⲥ' . ⲙⲛ̄ⲛⲉϥ
ⲙⲛ̄ⲧⲙⲁⲓ̈ⲣⲱⲙⲉ.
ⲡⲥⲁⲉⲓⲛ' ⲉϣⲁϥ
ⲉⲓⲱ̂ [9] ⲉⲃⲟⲗⲛ̄ⲛⲉ
ⲡⲗⲏⲅⲏ'ⲛ̄ⲛⲉⲧ
ϣⲱⲛⲉϩⲙ̄ⲡⲙⲟ
ⲟⲩ . ⲓ̄ⲥⲇⲉⲉϥ
ⲕⲁⲑⲁⲣⲓⲍⲉⲛ̄ⲛⲉ̀
ⲡⲗⲏⲅⲏ'ⲛ̄ⲛⲉⲛ
ⲛⲟⲃⲉϩ ⲛ̄ⲧⲉϥⲁ

ADNOTATIONES.

Numerus ⲓⲅ, quem supra secundam columnam librarius apposuit, lectorem monet, aut bibliopegum, paginam hancce tertiidecimi quaternionis postremam esse.

[1] ⲡⲡⲉ-

[1] ПΠЄТОΥⲀⲀⲂ, *Sanctus*: nempe David. Sacros Scriptores, in Ægypto præsertim, *Sanctos* sine addito vocatos fuisse animadverti in Notis ad Didymum Alexandrinum de Trinitate, pagg. 64, et 172.

[2] Hoc psalmi comma, seu capitulum affertur a Tukio pag. 59.

[3] Gr. habet: αὐτῷ δὲ προσδραμόντες δίκαιοι ὑψοῦνται, *qui autem ad eum cucurrerint justi, exaltantur*.

[c] Hæc ita verto: „ *Medicus suis pharmacis morbi experimen-* „ *tum capit. Dominus autem Jesus iis qui cujusvis iniquitatis mor-* „ *bo laborant, dicit: Remittuntur vobis peccata vestra: et statim* „ *sani fiunt. Medicus pariter mercedem accipit: Jesus autem se ipse* „ *redemptionem dedit pro omnibus qui in alio, præter illum, spem* „ *non collocant.* „ *Medici* etc.

[4] Notanda hæc locutio, ⲔⲎ ⲈⲂⲞⲖ', *remittere*. Memph. ϪⲀ ⲈⲂⲞⲖ. Thebæi dicunt etiam ⲔⲰ ⲈⲂⲞⲖ (memph. ϪⲰ ⲈⲂⲞⲖ), ut videbis Fragm. IX. pag. 87.

[5] ⲚⲤⲀⲂⲖⲖⲀϤ', *fuor di lui*: *excepto illo*. Sic etiam Fragm. VII. pag. 267: ac Fragm. XVI. ⲚⲤⲀⲂⲖⲖⲀⲔ, *præter te*.

[d] Reliqua usque ad finem paginæ sic verto: „ *Medici phar-* „ *maca ex herbis constant, aliisque pluribus misturis: Domini au-* „ *tem Jesu medicamenta constant ex ipsius misericordiis, et mise-* „ *rationibus, et bonitatibus, et patientiis, et tolerantiis, et beni-* „ *gnitatibus, et hominum dilectionibus. Medicus aqua ægrorum pla-* „ *gas abluit: Jesus autem peccatorum nostrorum plagas mundat sua* „ *caritate. Qui verberibus* „ etc.

[6] De hoc idiotismo ægyptio, *medicus, pharmaca ipsius sunt*, vide Didymum Taurinensem pag. 96.

[7] De hac locutione ϨⲈⲚ ⲈⲂⲞⲖ ⲚⲈ ϨⲚ etc. vide Tuk. pag. 550, et 545, ubi ⲚⲦⲰⲦⲚ ϨⲈⲚ ⲈⲂⲞⲖ ⲀⲚ ϨⲘⲠⲔⲞⲤⲘⲞⲤ valet, *Vos non estis de mundo*.

[8] Græcum nomen μίγμα ab ægyptiis adoptatum vide etiam ap. Tuk. pag. 195.

[9] ⲈⲒⲰ, et ap. Tuk. pag. 277. ⲈⲒⲰⲒ, et in Act. S. Coluthi pag. 87. ⲈⲒⲀ, et memphitice ⲒⲰⲒ, est *lavare*.

Pagi-

ⲓ̄ⲇ̄ Pagina III. ⲁ̄ⲍ̄

ⲅⲁⲡⲏ'. [e] ⲛⲉⲧⲉ
ϣⲁⲩϫⲉⲩ [1] ϩⲉⲛⲥⲏ
ϣⲉ' [2] ⲉϣⲁⲩϫⲟⲕ
ⲙⲟⲩϩⲛ̄ⲟⲩⲙⲟ
ⲟⲩⲉⲩⲙ̄ⲧⲟⲛ'
ⲛⲁⲩⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ̄
ⲛⲉⲧϥⲓ̄ⲙ̄ⲡⲉⲩ
ⲣⲟⲟⲩϣ' . ⲛ̄ⲑⲉ
ⲛ̄ⲧⲁⲡⲉⲧϩⲓϫⲙ̄
ⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ'ⲁ
ⲁⲥ'ⲙ̄ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ'
ⲙⲛ̄ⲥⲓⲗⲁⲥ' . ⲉⲁϥ
ϫⲓⲧⲟⲩ'ⲁϥϫⲟⲕ
ⲙⲟⲩⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄
ⲛⲉⲩⲥⲏϣⲉ̀ⲛ̄
ⲑⲉⲉⲧⲥⲏϩ'.
ⲉϣⲁⲩⲡⲱϩⲧ̄ⲇⲉ
ⲟⲛⲉϫⲱⲟⲩⲛ̄
ⲟⲩⲛⲉϩ'ⲙⲛ̄ⲟⲩ
ⲏⲣ̄ⲡ̄ⲛ̄ⲑⲉⲉⲧ
ⲥⲏϩ'ϩⲙ̄ⲡⲉⲩⲁⲅ
ⲅⲉⲗⲓⲟⲛ'ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲥⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ'
ⲛ̄ⲧⲁϥϣⲁⲛϩⲧⲏϥ
ⲉϫⲙ̄ⲡⲉⲛⲧⲁⲛ̄
ⲗⲏⲥⲧⲏⲥ'ϫⲛⲁϥ [3]
ϩⲉⲛⲥⲏϣⲉ̀ⲁⲩ
ⲃⲱⲕⲁⲩⲕⲁⲁϥ
ⲉϥⲟ'ⲙ̄ⲡϣⲙⲟⲩ : [4]
ⲓ̄ⲥ̄ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲉⲛ
ⲧⲁϥⲃⲁⲡⲧⲓⲍⲉ
ⲙ̄ⲙⲟⲛ'ϩⲛ̄ⲟⲩ

ⲡⲛ̄ⲁ̄ⲉϥⲟⲩⲁⲁⲃ'
ⲉⲩⲥⲃⲱ'ⲛⲁⲛ'.
ⲉⲁϥⲡⲱϩⲧ̄ ⲇⲉ
ⲟⲛ'ⲉϩⲣⲁ̈ⲓ̈ⲉϫⲱⲛ'
ⲛ̄ⲧⲇⲱⲣⲉⲁ'ⲙ̄
ⲡⲉϥⲛⲁ̂ⲉⲩⲑⲉ
ⲣⲁⲡⲉⲓⲁ'ⲛ̄ⲧⲉ
ⲯⲩⲭⲏ'ⲙⲛ̄ⲡⲥⲱ
ⲙⲁ'ⲛ̄ⲛⲉⲛⲧⲁⲛ̄
ⲇⲓⲙⲱⲛ'ⲁⲁⲩⲙ̄
ⲡϣ̄ⲙⲟⲩϩⲛ̄
ⲥⲏϣⲉⲙ̄ⲡⲛⲟ
ⲃⲉ̀ . ⲡⲁⲡⲉⲧ
ϥⲓⲣⲟⲟⲩϣ [5] ⲅⲁⲣ
ϩⲁⲣⲟⲛ'ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲓ̈ϣⲱⲛⲉ'ⲉ
ⲑⲟⲟⲩ'ⲡⲉⲧⲥⲁ
ⲃⲟⲛ'ⲉⲙⲡⲁϩⲣⲉ'
ⲉⲧⲛⲁⲉⲣⲟϥⲏ̄
ⲉⲧϥ̄ⲣ̄ⲡⲁϩⲣⲉ'ⲉ
ⲣⲟⲛ [6] ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ.
ⲡⲱⲛ [7] ⲇⲉ [f] ϩⲱⲱⲛ'
ⲡⲉϫⲓⲧⲟⲩⲏ̄ⲉ
ⲕⲁⲁⲩϩⲓⲱⲱϥ' [8]
ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ϥⲓⲧⲟⲩ
ⲙ̄ⲙⲁⲩ [9] ϩⲓϫⲱϥ'.
ϣⲛ̄ϩⲧⲏⲛ ϩⲁⲣⲟⲛ' [10]
ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉⲛⲛ̄
ϩⲉⲛϩⲓⲥⲉ'ⲉⲩ
ⲕⲏⲃⲉϩⲣⲁ̈ⲓ̈ⲉ
ϫⲱⲛ'ⲙⲁⲩⲁⲁⲛ'. [11]
ⲛⲁⲛ̄ⲧⲓⲙⲱⲣⲓⲁ'

ADNOTATIONES.

Quid valeat numerus ⲓ̄ⲇ̄ superne ad sinistram legentis adſcriptus, iam monui.

[e] „ *Qui verberibus cæſi fuerunt* (inquit Catechiſta noſter), „ *illorum plagæ ab iis qui ipſorum curam ſuſcipiunt, ad comparan-*

„ *dum eis levamentum, ac requiem aquâ ablui solent: quemadmo-*
„ *dum Paulo, et Silæ fecit carceris custos, qui, ut scriptum*
„ *est* (Act. XVI. 33.), tollens eos lavit plagas eorum. *Oleum*
„ *etiam, ac vinum super eos effundere consueverunt, sicut in Euan-*
„ *gelio scriptum est* (Luc. X. 34.) *de Samaritano, qui misertus*
„ *est illius quem* latrones, plagis ei impositis abeuntes, semi-
„ mortuum reliquerunt. *At Jesus Spiritu Sancto nos ipsemet ba-*
„ *ptizavit, suam nobis doctrinam tradens: donum vero insuper mi-*
„ *sericordiæ suæ super nos effudit, ut illorum animam corpusque*
„ *curaret, quos dæmones peccati plagis semimortuos reddiderunt.*
„ *Qui enim nostrum pessimo hoc morbo laborantium curam suscipit,*
„ *is medicamenta nobis indicat illius propria, aut quibus ipse nos*
„ *curat: sed nostri* etc.

[1] ϪЄⲨ, idem, opinor, atque ϪⲎⲨ: hoc videbis Frag. VII. pag. 263, ubi ϪⲎⲨ ⲚϬⲞⲚⲤ est *injuriam pati*: quod Memphitæ dicunt ϬⲎⲞⲨ ⲚϪⲞⲚⲤ.

[2] ϨЄⲚ ⲤⲎϢЄ, *plagæ*, *verbera*. Memph. ϨⲀⲚ ϢⲎϢⲒ.

[3] ϪⲚⲀϤ. An respondet verbo memphitico ϬⲚЄ, adeo ut Thebæi dixerint etiam ϪⲚⲀ? quemadmodum Memphitæ dicunt et ⲤϢⲀ, et ⲤϢЄ. Viderint peritiores.

[4] ⲠϢⲘⲞⲨ, *semimortuus*, ἡμιθανής, sive, ut nos loquimur, *semivivus*. Memph. ⲪⲀⲤⲘⲞⲨ.

[5] Hanc locutionem, ϤⲒⲢⲞⲞⲨϢ, vide etiam ap. Tukium pag. 143. Notanda vocula Ⲡⲁ, de qua Tukius pag. 6. sed a nostro Catechista aliter construitur.

[6] ⲢⲠⲀϨⲢЄ ЄⲢⲞⲚ. Simili modo Memphita Interpres Luc. IX. 11. in Diurno pag. 210: ЄⲢⲪⲀϦⲢⲒ ЄⲢⲰⲞⲨ, *eos curare*: et alibi passim.

[7] Ab hoc versu usque ad Fragmenti finem nonnulla mihi difficiliora visa sunt, de quibus peritiorum sententiam exposcere mallem, quam ea interpretari. Peritiores autem cum dico, Voideum dico, Valpergam dico τὸν καλυσιώτην, et si qui sunt alii ægyptiæ linguæ doctores in Europa, multoque magis in Ægypto. Quod si venerandus senex ac Præsul Tukius nec nonagenarius, nec hebetiore jam oculorum acie foret, eum in primis consulerem: ægyptiacæ enim linguæ Rudimenta ab illo edita quamvis ob menda quibus passim, imo alicubi tertio quoque verbo, ne dicam verbatim, ac syllabatim, a typographo fœdata sunt, maximum mihi tædium initio attulerint, ac laborem; nunc mihi tamen utilissima esse sentio. Horum itaque judicio meas hasce, ac reliquorum Fragmentorum interpretationes libentissime subjicio.

f „ *Sed*

„ *Sed nostri etiam officii est ea sumere, aut morbo illa ap-*
„ *plicare. Ac ne ipsa inde removeamus: sed nostrum nosmetipsi*
„ *misereamur: neque supra nos duplices plagas ipsimet adducamus,*
„ *pœnas scilicet peccato debitas, atque cruciatus, quos nobis nunc*
„ *Deus infligit in corpore, ac supplicia insuper, quæ in iudicii die*
„ *illis omnibus parata sunt, qui per pœnitentiam non resipuerint.*
„ *Qui ergo* „ etc.

[8] ϩιⲱⲱϥ') Pronomen heic suffixum quo referri possit, nisi ad ϣⲱⲛⲉ', *morbum*, non video.

[9] Locutionem hanc, ϥⲓ ⲙ̄ⲙⲁϥ, mox videbimus etiam Fragm. V. pag. 184, tum Fragm. VI. pag. 240. Sic et Jo. XI. 39. p. 46: ϥⲓ ⲡⲱⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲁⲩ, *levate via il sasso*. Simile est quod Memphiticus Int. habet Ps. CXXXVI. vers. 3. ⲛⲏ ⲉⲧⲁⲩⲟⲗⲉⲛ ⲙ̄ⲙⲁⲩ, *qui abduxerunt nos*: et quod in Theotociis pag. 62. legitur: ϣⲁⲣⲉ ⲫⲛⲟⲩϯ ⲱⲗⲓ ⲛ̄ⲛⲓ ⲛⲟⲃⲓ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲓ ⲗⲁⲟⲥ: *tollebat (auferebat) Deus peccata populi*: et pag. 73: ϣⲁϥⲱⲗⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲛ̄ⲛⲓ ⲛⲟⲃⲓ. Et pag. 262. Beata Virgo dicitur ⲫⲏ ⲉⲧⲁⲥ ⲱⲗⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲙ̄ⲡϥⲓⲁϩⲟⲙ ⲛ̄ⲧⲉ ⲁⲇⲁⲙ: *quæ sustulit gemitum Adami*. Ubi ⲙ̄ⲙⲁⲩ sane significare non potest, *ibi*.

[10] Sic in Actis S. Coluthi pag. 93: ⲁϥϣⲁⲛϩⲧⲏϥ ϩⲁⲣⲟϥ, *ipsius misertus est*. Memphiticus vero Interpres Psalm. IV. 2. ϣⲉⲛϩⲧⲏϥ ϩⲁⲣⲟⲓ, *miserere mei*: et Ps. LIX. 1. ⲁⲕϣⲉⲛϩⲏⲧ ϩⲁⲣⲟⲛ, *misertus es nostri*. Et in Theotociis pag. 151: ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϩⲁⲣⲟⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛ, *miserere omnium nostrum*. Similia alibi passim.

[11] ⲙⲁⲩⲁⲁⲛ' valet heic, *nos soli*, aut potius, *nosmetipsi*. Alteram hanc significationem omittit Lacrozius. Sed Luc. IV. 23. apud Tukium legimus: *Medice cura* ⲉⲣⲟⲕ ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲁⲧⲕ̄, et memphitice ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲧⲕ, i. e. *te ipsum*. Apud eumdem pag. 276. ⲛⲁⲩ ⲙ̄ⲙⲁⲩⲁⲁⲩ valet, *sibi ipsis*. Vide etiam Joann. X. 8, et XII. 49. in tertio Fragmento.

ⲥ̄ⲏ

Pagina IV.

ⲙ̄ⲡⲛⲟⲃⲉ · ⲙ̄ⲛⲙ̄	ⲧⲱⲧ'ϩⲙ̄ⲡⲉϩⲟ
ⲙⲟⲕϩ̄ⲥⲉⲧⲉⲣⲉ [1]	ⲟⲩⲙ̄ⲡϩⲁⲡ'ⲛ̄ⲛⲉ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉⲉⲓⲛⲉ	ⲧⲉⲛ̄ⲥⲉⲛⲁⲙⲉ
ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩⲉϫⲱⲛ'	ⲧⲁⲛⲟⲉⲓ̂ [2] ⲁⲛ'.
ⲧⲉⲛⲟⲩϩⲙ̄ⲡⲥⲱ	ⲛⲉⲧⲛⲁⲕⲱ [3] ϭⲉ'
ⲙⲁ' . ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲕⲟ	ⲛⲁⲩⲛ̄ⲛⲉⲓ̈ⲡⲁ
ⲗⲁⲥⲓⲥ'ⲉⲧⲥⲃ̄	ϩⲣⲉ'ⲛ̄ⲧⲁⲩⲕⲱ̂

ⲛⲁⲩ [3] ⲙ̄ⲡⲧⲁⲗϭⲟ'
ⲛ̄ⲧⲉⲩⲯⲩⲭⲏ
ⲙⲛ̄ⲡⲉⲩⲥⲱⲙⲁ'.
ⲛⲉⲧⲛⲁⲕⲁⲁⲩⲅⲁⲣ
ⲛⲁⲩⲛ̄ⲥⲉⲛⲁⲉⲓ'
ⲣⲱⲁⲛⲉⲧⲟⲟ
ⲧϥⲙ̄ⲡⲉϊϣⲱⲛⲉ'.
ⲙ̄ⲡⲱⲣ'ϭⲉⲧⲉⲛⲟⲩ
ⲉⲧⲣⲉⲛϫⲓⲧⲟⲩ
ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲕⲁⲁⲩϩⲛ̄
ⲛⲉⲛⲙⲁⲁϫⲉⲛ̄
ⲑⲉⲛ̄ϩⲉⲛⲡⲁ
ϩⲣⲉ'ϩⲛ̄ϩⲉⲛϩⲛⲁ
ⲁⲩⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ⲧⲁ
ⲁⲩⲉϫⲛ̄ⲛⲉⲡⲗⲏ
ⲅⲏ' . ϫⲉ [h] ⲛ̄ⲛⲉⲛ
ⲟⲩⲱⲛ̄ϩⲉⲃⲟⲗ'
ϫⲉ [4] ⲁⲛⲟⲛ'ϩⲉⲛ [5]
ⲙⲁⲥⲧ̄ [6] ⲡⲉⲛⲙ̄
ⲧⲟⲛ' . ⲁⲩⲱϩⲁ
ⲙⲟϊⲟⲛ' [7] ⲉⲁⲛⲟⲛ' [8]
ϩⲉⲛⲙⲁϊⲡⲉⲛ
ⲙ̄ⲧⲟⲛ'ⲁⲛ'ϩⲛ̄
ϩⲱⲃⲛⲓⲙ' . ϣⲁ
ⲧⲙ̄ⲡⲁⲡⲉϊϣⲱ
ⲛⲉ'ⲙⲁⲩⲁⲁϥ'ⲙ̄
ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲛ'.
ϫⲉⲕⲁⲥⲉⲛⲛⲁ
ⲣ̂ⲃⲟⲗⲉⲧⲙ̄ϫⲓ [9]
ⲙ̄ⲡⲉϫⲡⲓⲟ'ⲛ̄
ⲧⲉⲛⲙⲛ̄ⲧⲁⲧⲣⲱ
ⲧⲙ̄ . ⲡⲙⲁ' [1] ⲛ̄ϫⲓ
ⲡⲁϩⲣⲉ'ⲏ'ⲛ̄ⲣ̂ⲡⲁ
ϩⲣⲉ'ⲉⲣⲟⲛⲛ̄ϩⲏ
ⲧϥⲡⲉⲧⲉⲕⲕⲗⲏ
ⲥⲓⲁ'ⲙⲛ̄ⲧⲟⲡⲟⲥ' [10]
ⲛⲓⲙ'ⲉⲧⲟⲩϯ
ⲥⲃⲱ̂ⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ
ϩⲛ̄ⲟⲩⲙⲉ' [11].
ⲧⲉⲛϭⲓⲛϣⲟⲣⲡ̄ⲛ
ϫⲉⲉⲣⲁⲧϥⲛ̄ⲑⲉ
ⲉⲧⲥⲏϩ'ϫⲉϯ
ϣⲱⲣⲡ [12] ⲙ̄ⲙⲟϊⲉ
ⲣⲟⲕⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲡⲁⲛⲟⲩⲧⲉ'.
ⲡⲉ [13] ⲣ̂ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ'
ϫⲓⲛⲧⲉⲛⲙⲛ̄ⲧ
ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ'.
ϫⲉⲛ̄ⲛⲉϥϣⲱ
ⲡⲉⲣⲱ̂ⲛ̄ϩⲏⲧⲛ̄

ADNOTATIONES.

[1] An ⲥⲉⲧⲉⲣⲉ pro ⲉⲧⲉⲣⲉ? Probabilius videtur literam ⲥ esse suffixam, ut legendum sit ⲙ̄ⲙⲟⲕϩ̄ⲥ̄, *dolores eius*, *quos* etc. et pronomen referatur ad ⲧⲓⲙⲱⲣⲓⲁ'.

[2] ⲥⲉⲛⲁⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲉⲓ̂. Egregie. Sed apud Tukium pag. 485, et apud alios minus recte: ⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓ.

[g] „ *Qui ergo hæc sibi applicabunt medicamenta* (pergit cate„ chista), *sanitatem sibi applicabunt animæ et corporis: qui enim* „ *illa sibi metipsis applicabunt, in eumdem morbum non recident.* „ *Absit ergo ut nunc quidem ea sumamus, et in auribus nostris,* „ *tamquam medicamenta in vasis, recondamus, plagis vero ea non* „ *applicemus: ne videamur* „ etc.

[3] Idest, *sibi applicabunt*, aut, *habebunt*: nam apud Tukium pag. 126. græci Textus verba, ἵνα ἔχωσι, *ut habeant*, thebaice sic vertuntur: ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲕⲱ ⲛⲁⲩ.

h Per-

[h] Perplexa heic, et aliquanto obscurior est oratio. Equidem sic verto: „ *Ne videamur nos nostram ipsorum requiem odisse: utinam vero nostram insuper requiem omni alia in re non amemus, præter quam in iis solummodo quæ ad pessimum hunc morbum curandum pertinent, ut nostræ inobedientiæ reprehensionem effugiamus. Locus* „ etc.

[4] Vocula ⲍⲉ paulo ante adhibita est pro ἵνα, *ut*: heic vero aut per idiotismum ægyptium abundat, ut alibi dixi, aut simili fere modo accipitur ac in vers. *6.* Psalm. 117. thebaice apud Tukium pag. 218: et memphitice Psalm. *49.* vers. 21: ac Psalm. *84.* vers. *9*: et alibi.

[5] ⲁⲛⲟⲛ ϩⲉⲛ, *nos sumus*. Sic epist. 1. ad Cor. XIV. 12. apud Tuk. pag. 11*6*: ⲛ̄ⲧⲉⲧⲉⲛ ϩⲉⲛ, *vos estis*.

[6] ⲙⲁⲥⲧ̄ pro ⲙⲟⲥⲧⲉ, et ⲙⲉⲥⲧⲉ, *odisse*, non memini me alibi legere.

[7] Fragmento etiam XIV. pag. 113. col. 1. videbimus, ⲁⲩⲱ ϩⲁⲙⲟⲓⲟⲛ. Nusquam alibi hanc locutionem invenire potui. Existimo autem eam valere: *et utinam etiam: e Dio anche volesse che*... Nimirum thebaice ϩⲁⲙⲟⲓ idem valere puto ac memphitice ⲁⲙⲟⲓ, *utinam*.

[8] Johann. IV. *9.* græci textus verba, οὔσης γυναικὸς σαμαρείτιδος, *cum sim femina Samaritana*, Memphiticus Interpres vertit in Pontifical. part. 2. pag. *391*: ⲉⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ ⲛ̄ⲥⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ.

[9] ⲉⲧⲙ̄ϫⲓ. Ad verbum: *ut elabamur, nec inobedientiæ reprehensionem accipiamus*. Sic Matth. II. 12. ap. Tuk. pag. 28: *Admoniti sunt* ⲉⲧⲙ̄ⲕⲟⲧⲟⲩ ϣⲁ ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ, *ne redirent ad Herodem*: et pag. 1*76*: ⲉⲧⲙ̄ⲛⲁⲩ, *ne videant*.

[i] „ *Locus* (inquit sermonis auctor) *in quo huiusmodi medicamenta sumuntur, aut in quo curamur, Ecclesia est, et quælibet ædes, in qua vera tradatur doctrina. Illuc autem diluculo veniamus, juxta id quod scriptum est* (Psalm. *62.*): Deus Deus meus ad te de luce vigilo. *Idest, fideles ab adolescentia nostra esse* (debemus), *ne idem contingat in nobis, quod* „ ..

[10] Quamvis ægyptia vox ⲙⲁ, et græca τόπος ab ægyptiis adoptata *locum* significent, ex his tamen Catechistæ nostri verbis, et ex Actis S. Coluthi, atque ex Theotociis conjici potest, ægyptios græco nomine usos peculiariter esse ad designandam ædem sacram, aut Ecclesiæ usui destinatam: in iis enim Actis ter saltem ⲧⲟⲡⲟⲥ Sancti Coluthi commemoratur, ubi Sancti illius martyris intercessione miracula patrabantur, et quo ægri pergebant

bant ut valetudinem recuperarent. In Theotociis vero pag. 223. Ædes Sancti Menæ Martyris, ubi ejus corpus requiescebat, vocatur ⲦⲞⲠⲞⲤ: hæc enim ibi legimus: ⲬⲈⲢⲈ ⲠⲈⲔⲤⲰⲘⲀ ⲈⲐⲞⲨⲀⲂ... ⲬⲈⲢⲈ ⲠⲈⲔⲦⲞⲠⲞⲤ, quæ sic verto: *saluto sanctum corpus tuum: saluto Locum tuum* (i. e. ædem tuam). Simili modo templum psalm. 25. vers. 8. dicitur ⲠⲦⲞⲠⲞⲤ, itemque in Pontif. P. 1. pag. 336, et in Theotociis pag. 26. Id tamen non ita accipi velim, quasi nomen ⲦⲞⲠⲞⲤ nunquam *locum* simpliciter denotet: nam in Theotociis ipsis pag. 70. Paradisus vocatur ⲠⲦⲞⲠⲞⲤ ⲘⲠⲞⲨⲚⲞϤ, i. e. *gaudii locus*. Porro græcas voces ab ægyptiis adoptatas Lacrozius in Lexico prorsus omisit: et merito quidem: alioquin novum fere græcum Lexicon conficere debuisset. Plura tamen sunt vocabula græca, quæ ab ægyptiis quo sensu adhibeantur, scire operæ pretium esset, et qua ratione inflecti, detruncari, deformari, terminari, aut omnino mutari ac scribi ægyptiace possint, vel debeant: ægyptii enim librarii, nisi eruditi sint, modo recte, modo perperam unum idemque vocabulum scribunt: quod passim videre licet in eorum libris: ubi nunc ⲤⲔⲎⲚⲎ, nunc ⲤⲔⲨⲚⲎ, exempli gratia, ⲠⲢⲈⲤⲂⲨⲦⲈⲢⲞⲤ, et ⲠⲢⲈⲤⲂⲎⲦⲈⲢⲞⲤ etc. videas: quin pauca fortasse sunt græca verba quæ uno semper, et eodem modo, etsi minus recte, ut ϨⲨⲤⲞⲤ pro ϨⲒⲤⲞⲤ: multoque pauciora quæ recte semper ab iis exarentur: ut ⲈⲨⲪⲢⲀⲚⲈ, ⲖⲀⲞⲤ, etc. Quin aliqua sic a Memphitis ipsis deformantur, ut vel ab homine græco vix agnosci queant: cuiusmodi est Isai. III. 12. ⲈⲨⲈⲤⲬⲎⲤⲦⲎⲤ, *findetur ea, arabitur*: ubi verbum σχίζω ita veluti personatum prodit, ut ægre agnoscatur. Vox vero ⲤⲪⲞⲢⲦⲞⲚ, quæ extat Isai. I. 23. juxta versionem allatam in Pontificali parte 2. pag. 204, ne a græco quidem homine intelligitur: valet autem, ut reor, *sporta*, seu *sportula*: ibi enim græca Isaiæ versio habet ἀνταπόδομα, et elegantior alia versio, quæ ibidem affertur pag. 61, habet ϮϢⲈⲂⲒⲰ, *retributio*. Lexico igitur ægyptiaco non omnes quidem græcas voces ab ægyptiis adoptatas addi velim, sed eas tantum quæ in ægypto aut deformatæ sint, aut novo sensu, vel nova constructione adhibitæ, aut demum e latina lingua deductæ.

[11] ϨⲚ ⲞⲨⲘⲈ, *cum veritate*. Num ita Auctorem loqui conjiciemus eo quod aliæ essent in ægypto tunc Ecclesiæ, Arianorum puta, in quibus falsa doctrina traderetur?

[12] Hæc psalmi verba Tukius affert pag. 56. eodem plane modo, quo heic leguntur.

[13] Vo-

[13] Vocula, ⲠⲈ, quid valeat hoc in loco, nescio, nisi valeat, ⲈⲦⲈ ⲠⲀⲒ ⲠⲈ, *IDEST*. Hoc fere sensu adhibita est Matth. IX. 13. apud Tukium pag. 222, ubi legitur: ⲞⲨ ⲠⲈ, nempe, *quid significat? quid valet? quid est? quid vult* (Osee, cum ait: *Misericordiam volo*, etc.)

Nunc antequam manum de tabula tollam, ut dici solet, et ad quintum Fragmentum veniam, quum in quarto hocce aliqua de Medicis parum honorifice dicta invenerimus, illud placet animadvertere, ægyptios hosce Medicos, de quibus Catechista sermonem habet, valde nostratibus dissimiles fuisse, maximeque bononiensibus: hi sane ægrotos, etiamsi pauperrimi fuerint, nec invisere dedignantur, et gratis etiam sæpius curant; imo, si extrema illos inopia laborare compererint, subministrata non raro illis pecunia opem ferunt.

❉. ϪⲰⲢ ⲈⲂⲞⲖ Ⲛ̄ⲚⲒ ϪⲀϪⲒ Ⲛ̄ⲦⲈϯⲈⲔⲔⲖⲎⲤⲒⲀ' (πσωις): ⲀⲢⲒⲤⲞⲂⲦ ⲈⲢⲞⲤ, Ⲛ̄ⲚⲈⲤⲔⲒⲘ ϢⲀ ⲈⲚⲈϨ: ⲈⲔⲈⲦⲀⲖϬⲞ Ⲛ̄ⲚⲒ ϢⲰⲚⲒ Ⲛ̄ⲚⲈⲚⲮⲨⲬⲎ, ⲚⲈⲘ ⲚⲈⲚⲤⲰⲘⲀ: — *Theotoc. pag.* 151.

V.

Ægyptii codicis fragmentum, cuius una tantummodo superest membrana, eaque mutila, longa uncias fere 11 ⅔, *et lata uncias fere* 8 ⅔. *Vide Specimen pag.* XXX. *num.* 5.

Huius librarii propria hæc sunt. In literis efformandis vetustam, ac genuinam figuram servat: de orthographia valde solicitum se prodit: nullam lineolam, nullum accentum omittit, nullam interpunctionem: interpunctionis autem quatuor habet notas, punctum, virgulam nostræ similem non positione, sed figura, duo puncta solitaria, ac demum duo puncta cum lineola ad dextrum latus adiecta. Supparem quarto Exscriptori crediderim, aut paulo saltem recentiorem, secundo autem ac tertio vetustiorem. Paginarum numeri in hoc, item ut in aliis fere omnibus Fragmentis, literis exarati sunt minoribus quam sint cæteræ: sed in hocce litteris multo minoribus. Desunt initio 183. paginæ.

Continet monastica quædam decreta parvi momenti, quorum duo sunt de pane Monachis subministrando, quo etiam extra mensam, seu vescendi locum, ut vertit S. Hieronymus in Regula S. Pachomii, sive, ut nunc loquimur, extra Refectorium vesci ipsis liceat, si esuriant. Tria heic sunt capitula ex

uno

uno eodemque libro a Collectore excerpta: sed unum duntaxat integrum, alia duo imperfecta. Pro Tabenneſiotis autem, seu Pachomianis Monachis condita fuiſſe videntur.

Pagina I.

.. ⲁⲛ[1] ϭⲛ̄ⲟⲩⲣⲱ
.. ⲉ'ϩⲣⲁⲓ̈ⲛ̄ϩⲏⲧⲛ̄
.. ⲥϩⲓⲙⲉ'ⲉⲩϩⲁ
.. ⲁⲛ'ⲉⲛϣⲟϣⲧ
.. ⲙⲁ'ⲛ̄ⲧⲁⲩⲧⲁ
.. ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ'ⲙⲛ̄
ⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ'[2] ⲛⲧⲁⲩ
ⲧⲁⲛϩⲟⲩⲧⲟⲩ'[3] ⲉⲣⲟ
ⲟⲩ'' ⲁⲩⲱⲛ̄ⲥⲉϩⲱⲛ'
ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ'ⲛ̄ⲟⲩⲥⲟⲡ'
ⲏ'ⲥⲛⲁⲩ'' ⲏ'ϣⲟⲙⲧ̄[4]
ⲉⲧⲣⲉⲩⲣⲟⲉⲓⲥ' · ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ'ⲛ̄ⲥⲉⲧⲙ̄ⲡ'
ⲣⲟⲟⲩϣ'ⲛⲁⲩ'ⲉⲧⲣⲉⲩ
ϩⲁⲣⲉϩ'ϩⲛ̄ⲟⲩⲱⲣ̄ϫ[5]
ⲉⲩⲉϥⲓⲧⲟⲩ'ⲙ̄ⲙⲁⲩ
ϩⲛ̄ⲟⲩϩⲧⲟⲣ[6] ϩⲛ̄ⲙ̄
ⲙⲁ'ⲉⲧⲟⲩⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ
ⲙ̄ⲛⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ'ⲛ̄
ⲧⲁⲩⲧⲟϣⲟⲩ'[2] ⲉⲣⲟⲟⲩ :
[7] ⲧⲟⲩⲁⲩⲧⲟⲩ' : —
[b] ⲉⲛⲧⲁⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ'[8]
ⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲉⲓ'[9] ⲛⲁⲛ'
ϩⲛ̄ⲧⲉⲩⲙⲛ̄ⲧⲁⲅⲁ
ⲑⲟⲥ'ⲉⲧⲣⲉⲩϯⲛⲁⲛ'
ⲛ̄ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ̈ⲛ̄ⲟⲉⲓⲕ'[10]
ⲙ̄ⲡⲃⲟⲗ'ⲙ̄ⲡⲙⲁ'ⲛ̄ ·
ⲟⲩⲱⲙ'ⲉⲧⲃⲉⲧⲛ̄
ⲙⲛ̄ⲧϭⲱⲃ'ⲙ̄ⲙⲁ
ⲧⲉ'ⲁⲛ' . ⲁⲗⲗⲁ'ϫⲉⲛ̄
ⲛⲉⲩⲣ̄ϩⲁⲗ'ⲛ̄ⲟⲩⲁ'ⲙ̄
ⲙⲟⲛ'ϩⲛ̄ⲟⲩϫⲓⲟⲩⲉ' .[11]
ⲙ̄ⲛⲟⲩⲧⲱⲣⲡ̄ ' ⲁⲗ
ⲗⲁ'ϫⲉⲛ̄ⲧⲁⲩⲧⲁⲁⲩ̂

ⲣⲓ̈ⲁ̄

ⲛⲁⲛ' ⲉⲃⲟⲗ'ϫⲉ[c] ⲥⲉⲕⲏ'
ⲛⲁⲛ'ⲉϩⲣⲁⲓ̈ϩⲛ̄ⲟⲩ
ϩⲧⲟⲣ'[12] ⲉⲃⲟⲗ'ϩⲓⲧⲟⲟ
ⲧⲟⲩ'ϫⲓⲛ'ⲉⲩⲟⲛ̄ϩ
ⲉⲧⲣⲉⲡⲟⲩⲁ'ⲡⲟⲩⲁ'
ⲙ̄ⲙⲟⲛ'ⲟⲩⲱⲙ'ⲙ̄
ⲡⲉϥⲟⲉⲓⲕ'ⲉϥϣⲏⲩ[13]
ϩⲛ̄ⲧⲙⲁϣⲉ' 'ⲁⲩⲱ
ⲉⲃⲟⲗ' ⲟⲛ ϫⲉⲁⲩⲛⲁⲩ
ⲉϩⲁϩ'ⲉⲙⲁⲧⲉ'ϩⲣⲁⲓ̈
ⲛ̄ϩⲏⲧⲛ̄ⲉⲩϩⲟⲥⲉ'
ⲉⲙⲁⲧⲉ'ϩⲛ̄ϩⲉⲛⲛⲟϭ
ⲙ̄ⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ'[14] ' ϩⲛ̄
ⲟⲩϩⲕⲟ' , ⲙⲛ̄ⲟⲩⲉⲓ
ⲃⲉ' , ⲉⲁⲩⲣ̂ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ'
ⲙ̄ⲡⲁⲓ̈ϩⲛ̄ⲧⲉⲩⲙⲛ̄ⲧ
ϣⲁⲛϩⲧⲏϥ' ⲛ̄ϭⲓ
ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ'ⲛ̄ⲛⲁϩⲧ' .
ϫⲉⲙⲏⲡⲟⲧⲉ'[15] ⲛ̄ⲥⲉ
ⲣ̄ⲭⲣⲉⲓⲁ'ⲛ̄ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ̈
ⲛⲟⲉⲓⲕ'ⲛ̄ⲟⲩⲥⲟⲡ'ⲉⲩ
ⲥⲟⲡ'ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁⲧⲣⲉⲩ
ⲧⲱⲟⲩⲛ'ϩⲙ̄ⲡⲙⲁ'
ⲛ̄ⲟⲩⲱⲙ'ⲙ̄ⲡⲟⲩ
ⲉϣ'ϭⲙ̄ϭⲟⲙ'ⲉⲟⲩⲱⲙ
ⲙ̄ⲡⲉⲩⲟⲉⲓⲕ'ϩⲙ̄
ⲡⲁϣⲁⲓ̈ⲙ̄ⲡⲣⲱ
ⲕ̄ϩⲙ̄ⲡⲕⲁⲩⲙⲁ'[16]
ⲉⲧⲕⲟⲗⲁⲍⲉ'ⲙ̄ⲡⲉⲩ
ϩⲏⲧ' , ⲛ̄ϩⲟⲩⲟ'ⲇⲉ'
ϫⲉ ⲥⲕⲏ'ⲛⲁⲩ'ⲁⲛ'ⲉ
ϩⲣⲁⲓ̈ⲛ̄ⲛ̄ⲧⲟⲗⲏ'ⲉⲧ
ⲣⲉⲩⲕⲧⲟⲟⲩ'ⲛ̄ⲕⲉ
ⲥⲟⲡ'ⲛ̄ⲥⲉⲟⲩⲱⲙ

Mem-

[1] Membranæ frustum deest. Tres primi huius paginæ versus e sequenti pagina sic forsitan supplendi sunt: ⲈⲨϢⲀⲚⲞ Ⲛ̄ ⲞⲨⲢⲰⲘⲈ ⲆⲈ ϨⲢⲀⲒ̈ Ⲛ̄ϨⲎⲦⲚ̄, Ⲏ ⲞⲨⲤϨⲒⲘⲈ, *si inter nos autem inventus fuerit vir*, *aut mulier*, *qui* etc. Utrum vero quod sequitur sic supplendum sit, ⲈⲨϨⲀⲢⲈϨ ⲀⲚ ⲈⲚϢⲞϢⲦ̄, *qui non custodiant claves*, viderint peritiores. Simili fere modo incipit caput CL. Regulæ S. Pachomii: *Si inventus fuerit unus e Fratribus aliquid per contentionem agens* etc. Porro quum in omnibus hisce capitulis et masculi, et feminæ commemorentur, pro eo Monachorum cœtu sive ordine condita fuisse hæc decreta perspicuum est, in quo Sanctimonialium quoque Monasteria erant. Huiusmodi autem fuit S. Pachomii institutum: is enim non modo septem pro viris monasteria fundavit, sed unum insuper in Mene pro feminis in gratiam sororis: quin et S. Theodorus S. Pachomii discipulus in pago Bechre non longe a monasterio Bou aliud Virginum cœnobium fundavit. Locum vero Bou vocari etiam Bau dicemus alibi. Horrida hæcce, ac barbarica nomina ne mireris, Lector: de Africa enim, libri V. Hist. Natur. initio scribit Plinius: *Populorum eius*, *oppidorum nomina vel maxime sunt ineffabilia præterquam ipsorum linguis*.

[2] ⲚⲈϨⲂⲎⲨⲈ, *opera* (*i lavori*); nam storeas texebant ægyptii illi monachi, ligna cædebant, juncos, sarmenta, lapsania colligebant, aliisque id genus laboribus et opificiis operam dabant.

[3] Thebæis ⲦⲀⲚϨⲞⲨⲦ est, *credere:* ut etiam apud Tukium pag. 321: nam quod scribitur pag. 312. ⲦⲀⲚϨⲒⲦ, mendosum videtur. Sed memphitæ dicunt ⲦⲈⲚϨⲞⲨⲦ.

[4] De commonitione modo bis, modo ter, modo etiam sexies delinquenti Monacho ante gravioris pœnæ inflictionem facienda solicitum fuisse S. Pachomium patet ex 160, et 161, et sequentibus capitulis Regulæ ab ipso scriptæ.

[5] ϨⲚ̄ ⲞⲨⲰⲢ̄Ⲝ. In Fragm. VII. pagina num. 268. mendose signata, legimus, ⲦⲚ̄ⲤⲞⲞⲨⲚ ϨⲚ̄ ⲞⲨⲰⲢ̄Ⲝ, idest, *certo scimus*, *probe novimus*. Heic ergo ϨⲀⲢⲈϨ ϨⲚ̄ ⲞⲨⲰⲢ̄Ⲝ valet, ἀκριβῶς (*diligenter*) *custodire*, *servare*. Itaque Luc. I. 3. apud Tukium pag. 12. adverbium græci Textus, ἀκριβῶς, *diligenter*, thebæus Interpres vertit, ϨⲚ̄ ⲞⲨⲰⲢⲜ.

[6] Quid valeat, ϨⲚ̄ ⲞⲨϨⲦⲞⲢ, docebunt ægyptiarum literarum peritiores. Ter quidem hocce in Fragmento, semel autem in decimoquarto hæc locutio occurrit: alibi enim necdum reperi: attamen quid proprie ac certo denotet, nondum queo dicere. Memphiticum sane nomen plurale ϨⲐⲰⲢ *equos* designans

nihil admodum huc pertinere perspicuum est. Donec itaque maior lux affulserit, interpretor, *rigorosamente*, *con rigore*, *irremissibilmente*, *per obbligo di coscienza*. Quin capitulo LXXXI. Regulæ S. Pachomii ubi S. Hieronymus transtulit, *præter hæc quidquid inveneris, absque contradictione auferes*, ibi ægyptiace forsitan S. Pachomius dixerat, ⲈⲨⲚⲀϤⲒⲦⲞⲨ ϨⲚ ⲞⲨϨⲞⲦⲠ. S. Paulus diceret, ἀποτόμως: et Memphita ϦⲈⲚ ⲞⲨϢⲰⲦ ⲈⲂⲞⲖ.

[a] His præmissis superiora sic interpretor: „ *Inter nos autem* „ *si quis inventus fuerit vir, aut femina, qui locorum, quæ ipsis* „ *tradita sunt, aut opificiorum quæ iisdem credita fuere, claves* „ *non custodiant, eisque semel, aut bis, vel ter indictum fuerit,* „ *ut vigilantiores sint, ipsi vero diligentius custodiendo magis so-* „ *liciti non fiant, removeantur sine remissione ex locis, quæ ipsis* „ *credita fuere, atque ex opificiis, quæ illis præscripta fuerant*. „ Qui se tunc maxime sapere atque εὐδοκιμεῖν existimant, cum veneranda, et reipublicæ etiam utilissima monachorum instituta irriserint, ii ridebunt sine dubio, si forte hæc, et quæ sequuntur decreta legerint, aut intellexerint: sed ridendi potius ipsi sunt, qui ea quæ nemo sanus non probet, nec ullus paterfamilias domi proportione servari nolit, in solis monachis derideant.

[7] ⲦⲞⲨⲀⲨⲦⲞⲨ. Græcum hoc plane est, et rubris litteris scriptum, quia tituli locum tenet: τοῦ αὐτοῦ *(dello stesso)*: *ejusdem* sive Abbatis, sive Auctoris, sive libri: quid enim præcesserit, nescii sumus. Ægyptiis diversæ casuum terminationes ignotæ sunt: ideo autem genitivum hunc ab ipsis adoptatum fuisse crediderim, quia ægyptiace eadem res tam bene, tam clare, tam breviter dici non poterat. Similia in memphiticis Liturgiis passim occurrunt, ut ex. gr. (plurimis aliis prætermissis) ⲤⲨⲚ ⲐⲈⲰ, σὺν θεῷ, quod ne latine quidem tam breviter dici potest: quis enim intelligat quid velis, si dixeris, *cum Deo?* Simili de causa græci, latini, et ægyptii hebraicam vocem *Amen* adoptarunt.

[b] Sic interpretor: „ *Et Patres nostri pro sua ipsorum benignitate nobis concessere, ut parvi panes nobis darentur extra cœ-* „ *naculum* (refectorium) *non ob nostram tantummodo infirmitatem,* „ *sed etiam ne nostrum quispiam deceptus* (aut, *dementatus*) „ *furti ac rapinæ reus fiat, eos furando, sed ii nobis præbeantur:* „ *quia* „ etc.

[8] ⲚⲈⲚⲈⲒⲞⲦⲈ, *Patres nostri*) S. Pachomius puta, S. Theodorus, S. Orsiesius, S. Macarius, aut alii ex iis qui in ægypto

Patres

Patres Monachorum, seu Abbates, et a singulis Monachis *Patres nostri* vocabantur. Inseparabile illud additamentum ⲚⲦⲁ indicat aliqua alia præcessisse, quæ collector noster omittit.

[9] ⲤⲨⲚⲬⲰⲢⲈⲒ̀. Scribendum erat ⲤⲨⲄⲬⲰⲢⲈⲒ̀. Sed quia Ⲅ heic effertur ut Ⲛ, ideo excusatione dignus est librarius, præsertim cum græci ipsi vetustissimi sic interdum scripserint. In Psalterio etiam Romanæ editionis ps. lxxiii. 8. lego ⲤⲨⲚⲄⲈⲚⲒⲁ pro ⲤⲨⲄⲄⲈⲚⲈⲒⲁ: mendum enim duplex ibi est ⲤⲨⲚⲁⲄⲈⲚⲒⲁ.

[10] Ⲛ̄ϨⲈⲚ ⲔⲞⲨⲒ̈ Ⲛ̄ⲞⲈⲒⲔ, *parvos panes*.) Regulæ S. Pachomii capitulum LXXX. sic transtulit S. Hieronymus: *De parvulis autem panibus qui dantur domorum Præpositis, ut his eos distribuant, qui nolunt in commune vesci cum ceteris, & quasi majori abstinentiæ se dedicant, ita observare debebunt, ut nulli dent iuxta gratiam..... sed quando comedere volunt, cum disciplina dabuntur in cellulis, et cum his nihil aliud comedent, nisi salem tantum.*

[11] *Furto*. In epistola Ammonis Episcopi ad Theophilum Archiepiscopum seu Papam Alexandrinum (iam enim *Papæ* titulus Alexandrinis Præsulibus tribui cœperat) cap. 3. pag. 353. apud Bollandistas die XIV. Maii, de quodam Monacho sermo est, qui *panes clam subduxerat*: ea vero occasione S. Pachomius *ad Monachos conversus*, *Nemo*, inquit, *ultra vires suas jejunandi tempus producendum sibi esse existimet, quandoquidem per assiduos exercitationum monasticarum labores corpora vestra exhauriri necesse est.*

[c] ⲈⲂⲞⲖϪⲈ etc. Idest: „ *quia severe nobis præscriptum ab* „ *ipsis fuit iam ab eo tempore quo in vivis erant, ut nostrum unusquisque congruam panis portionem statera ponderatam comedat:* „ *et quia insuper nostrum plurimos, maiorum austeritatum tempore,* „ *fame ac siti valde cruciari viderunt, hoc præ oculis habentes ac* „ *animo reputantes pro sua ipsorum misericordia misericordes Patres* „ *nostri* (ac dicentes): *Ne forte frusto panis identidem opus habeant* (Monachi) *postquam in refectorio surrexerint, et pane vesci nequeant in magno æstu atque ardore cruciati: multoque magis quia præceptum eis datum non fuit, ut iterum redeant, et* „ *in refectorio comedant postquam inde exierint.*„ S. Hieronymus in Reg. S. Pachomii *vescendi locum* vocat quod nos dicimus *refectorium*.

[12] En iterum, ϨⲚ̄ ⲞⲨϨⲦⲞⲢ̀.

[13] ⲈϤϢⲎⲨ. Interpretor, *congruum*, *convenientem*. Nam ϢⲁⲨ valet etiam πρέπειν, *decere*.

[14] ϨⲚ̄

[14] ϩⲛ̅ ϩⲉⲛ ⲛⲟϭ̅ ⲙ̅ⲡⲟⲗⲏⲧⲓⲁ', *in magnis austeritatibus.*) In Theotociis pag. 297, et in Diurno pag. 255. edit. Romanæ scribitur ⲡⲟⲗⲏⲧⲉⲓⲁ', cum H. Sed scribendum etiam sine dubio ⲙ̅ⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲓⲁ', ut in Pontif. part. 1. pag. 169. De voce hac *πολιτεία* ab Ecclesiasticis scriptoribus hoc sensu græce adhibita, ut austeritates in monasticis Regulis præscriptas, strictioremve vitæ rationem denotet, vide Ducangium in Glossario græco. Ita et in Theotociis videtur accipi: sed in Diurno *vitæ ducendæ rationem* simpliciter, sive, ut veteres nostri loquebantur, *conversationem* valet: quo sensu loquens Hieronymus, Præfationem in Regulam S. Pachomii conclusit his verbis: *quos sanctæ conversationis studia delectant.* Et capitulo 188. eiusdem Regulæ: *De conversatione sanctæ vitæ docebunt.* Hoc sensu in libro Pontificali pag. citata scriptum est: ϯⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲓⲁ. . . . . ⲛ̅ⲧⲉ ϯ ⲙⲉⲧⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ, *monasticæ vitæ ratio.* Itemque pag. 198: ubi tamen scribitur ⲡⲟⲗⲉⲧⲉⲓⲁ'.

[15] Particula *μήποτε* ab Origene, Didymo, aliisque accipitur pro *fortasse.*

[16] Æstate magnos in Thebaide calores fuisse S. etiam Hieronymus testatur Præf. in Reg. S. Pachomii inquiens: *In cœna similiter mensa ponitur propter... æstus gravissimos.*

ⲣ̅ⲡ̅ⲉ̅

Pagina II.

ϩⲙ̅ⲡⲙⲁ̂ⲛ̅ⲟⲩⲱⲙ'
ⲙⲛ̅ⲛ̅ⲥⲁⲧⲣⲉⲩⲉⲓ'ⲉⲃⲟⲗ':
ⲁⲩⲱ [d] ⲧⲁïⲧⲉⲑⲉ̀ⲛ̅ⲧⲁⲩ
ⲟⲃϣⲟⲩ' [1] ⲛ̅ϭⲓⲛⲉⲛⲉⲓ
ⲟⲧⲉ̀ⲁⲩϯⲛⲁⲛ'ⲛ̅ϩⲉⲛ
ⲕⲟⲩïⲛ̅ⲟⲉⲓⲕ'ⲙ̅
ⲡⲃⲟⲗ'ⲙ̅ⲡⲙⲁ'ⲛ̅ⲟⲩ
ⲱⲙ' [2] ⲙ̅ⲡⲥⲟⲡ'ⲉⲧⲛ̅
ⲣ̅ⲭⲣⲉⲓⲁ'ⲙ̅ⲙⲟϥ'.
ⲉⲩⲥⲟⲟⲩⲛ'ϫⲉⲟⲩⲛⲟ
ⲃⲉ̀ⲛⲁⲛ'ⲁⲛ'ⲡⲉ'ⲉⲛ
ϣⲁⲛϫⲓⲧϥ̅ϩⲛ̅ⲟⲩ
ϣⲡ̅ϩⲙⲟⲧ'ⲙ̅ⲡⲛⲁⲩ'
ⲉⲧⲛ̅ⲁϩⲉ̀ [3] ⲛⲁϥ'ⲛⲁⲙⲉ̀
ⲉⲧⲣⲉⲛⲟⲩⲟⲙϥ̅ⲁⲛ'
ⲛ̅ϫⲛⲁϩ' [4] ϩⲛ̅ⲟⲩⲁ
ⲡⲁⲧⲏ'ⲛ̅ⲧⲛ̅ϩⲕⲁ
ⲉⲓⲧ' [5] ⲁⲛ'. ⲟⲩⲇⲉ̀ⲉⲧ
ⲣⲉⲛϫⲓ'ⲁⲛ'ϩⲛ̅ⲟⲩ [6]
ⲙⲛ̅ⲧⲉⲓⲉⲣ'ⲃⲟⲟⲛⲉ.
ⲉⲛⲥⲱⲟⲩϩ'ⲛⲁⲛ'ⲉ
ϩⲟⲩⲛ'ⲛ̅ⲟⲩϩⲟⲩⲟ'ϫⲉ
ⲛ̅ⲛⲉⲩϣⲱⲡⲉ'ⲛⲁⲛ
ⲉⲩⲕⲣⲓⲙⲁ':
ⲉⲩϣⲁⲛϭⲛ̅ [e] ⲟⲩⲣⲱ
ⲙⲉ'ⲇⲉ'ϩⲣⲁïⲛ̅ϩⲏ
ⲧⲛ̅ ' ⲏ'ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲉ'ⲉ'
ⲟⲩⲛ̅ϩⲟⲩⲟ'ⲉⲩⲟⲉⲓⲕ' [7]
ϣⲏⲙ' [8] ⲛ̅ⲧⲟⲟⲧⲟⲩ
ⲏ'ⲥⲛⲁⲩ', ⲏ'ϣⲟⲙⲧ̅
ⲧⲏⲣⲟⲩ', ⲉⲩⲛⲁϥⲓ
ⲧⲟⲩ'ⲛ̅ⲧⲟⲟⲧⲟⲩ·
ϩⲛ̅ⲟⲩϩⲧⲟⲣ', ⲛⲥⲉⲣ̅
ⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ'ⲥⲛⲁⲩ [9]
ⲛ̅ⲡⲟ-

ⲛ̄ⲡⲟⲩⲉϣ'ⲛ̄ϫ...
ⲣⲟ̄ϥ: ⲧⲟⲩ [10] ⲁⲩ... [f]
ⲡⲉϩⲙⲉ'ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ...
ⲣⲟⲙⲡⲉ'ⲛ̄ⲛⲉ..
ⲙⲉ'ⲉϣ'ⲕⲁⲟⲉⲓⲕ
ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ⲉⲡⲧⲏ..
ϩⲣⲁ̈ⲓ̈ⲛ̄ϩⲏⲧⲛ̄ · ⲉⲓⲧⲉ'
ϩⲟⲟⲩⲧ' . ⲉⲓⲧⲉ' ⲥϩⲓ
ⲙⲉ' . ⲉⲓⲧⲉ'ⲛⲟϭ . ⲉⲓⲧⲉ'
ⲕⲟⲩⲓ̈ [11] ϣⲁⲛⲧϥ̄
ϫⲱⲕ'ⲉⲃⲟⲗⲧⲏⲣϥ̄
ϫⲓⲛ'ⲡϣⲟⲣⲡ̄ⲛ̄
ⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ'ϣⲁⲛ
ⲧⲟⲩⲉⲓ'ⲉⲃⲟⲗ'ϩⲙ̄
ⲡⲛⲟϭⲙ̄ⲡⲁⲥⲭⲁ' :
ⲁⲗⲗⲁ' [g] ϩⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ'ⲉ
ⲧⲉⲣⲉⲡⲟⲩⲁ'ⲡⲟⲩⲁ'
ⲛⲁⲟⲩⲱⲙ'ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄
ⲉⲓⲧⲉ'ⲉϥⲛⲁⲟⲩⲱⲙ'
ⲙ̄ⲡⲉϥϥⲧⲟⲟⲩ' , [12]
ⲏ'ⲡⲉϥϣⲟⲙⲧ̄ , ⲏ'
ⲡⲉϥⲥⲛⲁⲩ' . ⲉⲩϣⲁⲛ
ⲉⲓ'ⲉⲃⲟⲗ'ϩⲙ̄ⲡⲙⲁ'ⲛ̄
ⲟⲩⲱⲙ' , ⲉⲩⲛⲁϯ
ⲛⲁϥ'ⲛ̄ⲧⲉϥⲧⲟ'ⲛ̄ϥ
ⲟⲩⲱⲙ'ⲙ̄ⲡⲉⲧϥ̄ⲛⲁ
ⲟⲩⲟⲙϥ̄ · ⲛ̄ⲥⲉϥⲓ
ⲧⲟⲩ'ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲉⲣⲟⲩ
ϩⲉ' ⲉⲃⲟⲗ'ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲟⲩ
ⲛ̄ⲛⲉⲧⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲉⲓ' :
ⲁⲩⲱ ⲧⲁ̈ⲓ̈ⲧⲉⲑⲉ' ⲉⲧ
ⲛⲁϣⲱⲡⲉ'ⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲥⲱⲟⲩϩ'ⲉϩⲟⲩⲛ'ⲧⲏ
ⲣϥ̄ . ⲉⲓⲧⲉ'ϩⲟⲟⲩⲧ' ,

ADNOTATIONES.

[d] ⲁⲩⲱ etc. Idest: ,, *Et similiter Patres nostri conniverunt*, ,, *et parvos panes nobis extra refectorium dederunt*, *quotiescunque* ,, *illis indigemus: nos enim nequaquam peccare noverant*, *si panem* ,, *cum gratiarum actione illa hora sumamus*, *qua verè necessitas* ,, *premit*, *ut illum* ⲛ̄ϫⲛⲁϩ' *fraudulenter non comedamus*, *et ne* ,, *esuriamus: neque simul congregamur ut sumamus cum* ⲙⲛ̄- ,, ⲧⲉⲓⲉⲣ' ⲃⲟⲟⲛⲉ, *multoque minus sunt nobis in condemnationem*. ,, *Sin autem* ,, etc.

[1] ⲛ̄ⲧⲁⲩⲟⲃϣⲟⲩ.) Transtuli, *conniverunt:* ut ⲟⲃϣ valeat non modo *oblivisci*, et *dormire*, sed et *connivere*. Quod si cui magis placeat, *qui dormierunt*, idest, *mortem obierunt*, is meæ interpretationi valedicat. Verba, ⲁⲩⲱ ⲧⲁⲓⲧⲉⲑⲉ', *et similiter*, quæ infra iterantur, videntur esse Collectoris decretorum heic citati, qui ea præmittat ubi novum Decretum afferre vult, aut exponere.

[2] ⲙⲁⲛ̄ⲟⲩⲱⲙ, *refectorium* transtuli. Delicati illi ac ridiculi, quibus vocabulum hocce stomachum movet, quod et monachismum sapiat, neque a Cæsare, aut Cicerone, cum de monasticis institutis scriberent, adhibitum usquam fuerit, ii *cœnaculum*, aut *communem mensam*, aut *vescendi locum*, aut *triclinium*, aut *cœnationem* vertere poterunt. Ceterum calamistrati isti, qui mona-

monastica omnia fastidiunt, iidem ipsi monasticos *Abbatis*, *Præpositi*, *Prioris*, et si qui sunt alii id genus, titulos ambiunt, etsi minime Tullianos; plerique vero ex ipsis quo sensu *Abbates* dici vere possint, ignoratur.

[3] ⲉⲧⲛ̄ⲁϩⲉ.) Genuinam huius dictionis significationem peritiores indicabunt. Equidem ex coniectura præterpropter transtuli. Apud Tuk. pag. 132. ⲡⲉⲧⲛⲁⲁϩⲉ ⲉ'ⲡⲓⲕⲁⲛⲱⲛ (seu potius ⲉ'ⲡⲉⲓⲕⲁⲛⲱⲛ) valet: *qui hanc regulam secuti fuerint*. Sed hoc nihil ad rem, aut ferme nihil.

[4] Quid valeat ⲛ̄ϫⲛⲁϩ, nondum invenire potui. An, *clanculum?* Si vocabuli huiusce, aliorumque huiusmodi germanam significationem, antequam voluminis impressioni finis imponatur, assequi potuero, eam in extremo ipso volumine adiiciam.

[5] ⲛ̄ⲧⲛ̄ϩⲕⲁⲉⲓⲧ'). Verbum thebaicum ϩⲕⲁⲉⲓⲧ, *esurire*, ex Tuk. pag. 342. notum iam erat: legendum enim ibi, ⲉⲕϩⲕⲁⲉⲓⲧ, *esurientem te*.

[6] ϩⲛ̄ ⲟⲩ ⲙⲛ̄ⲧⲉⲓⲉⲣ' ⲃⲟⲟⲛⲉ.) Peritiorum opem heic etiam exposco. Malo enim ignorantiam fateri, quam inanes proferre coniecturas, aut lectori (quod absit) imponere. Ne tamen laborem refugere videar, quasi ne conatus quidem fuerim lectori locum hunc perspicue, aut pro viribus exponere, pauca subiungo. Memphitis ⲓⲣⲓ, et ⲣⲉ, et ⲉⲣ, Thebæis vero ⲉⲓⲣⲉ, et ⲣ̄, et ⲉⲣ valent *facere*: quod si abstractum nomen hinc efformare quis velit, id Memphitæ quidem erit ⲙⲉⲧⲓⲣⲓ, Thebæo autem ⲙⲛ̄ⲧⲉⲓⲣⲉ, *actio*, *factum*. An ergo ⲙⲛ̄ⲧⲉⲓⲉⲣ' idem est ac ⲙⲛ̄ⲧⲉⲓⲣⲉ? Nomen vero thebaicum ⲃⲟⲟⲛⲉ idem valere verisimile est ac memphiticum ⲃⲱⲛ. Quid autem hoc denotet, e Liturgia S. Basilii colligitur: nam pag. 51. ed. Rom. Sacerdos thus adolens a Deo petit, ut holocaustum huiusce ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ, seu thuris acceptet, atque eos qui adstant, ab omni peccati ⲥⲑⲟⲓⲃⲱⲛ emundet: ex quo patet opponi alterum alteri, ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ, et ⲥⲑⲟⲓⲃⲱⲛ: itaque cum ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ sit *odor bonus* e thure emissus, erit ⲥⲑⲟⲓⲃⲱⲛ e contrario *odor malus* ex re fœtida, sordida, ac fœda emissus. Si ita se res habet, ϩⲛ̄ ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲉⲓⲉⲣ' ⲃⲟⲟⲛⲉ valebit, *fœdâ*, *malâ*, *ac sordidâ actione*.

[e] ⲉϥϣⲁⲛϭⲛ̄). Capituli huius hancce qualemcunque interpretationem habeto a peritioribus fortassis emendandam. „ *Sin autem vir inter nos, vel femina, aut duo, aut tres simul* „ *omnes deprehensi fuerint qui exiguorum panum residua penes se* „ *retinuerint, auferantur hæc eis sine remissione, et duobus sabbatis* „ *panem hi non accipiant. Eiusdem.* „ etc. [7] Quid-

[7] Quidquid esculenti residuum erat monacho, aut superfluum, illud ad Totihioc reportare debebat, idest, ut S. Hieronymus primo Pachomianæ Regulæ capitulo interpretatur, ad *Præpositum domus suæ*. Ægyptiaca enim sine dubio habenda hæc vox est, si recte tamen a librariis scripta ad nos pervenit: nam litera illa sive aspirationis nota, h, in græca versione quæ Hieronymo tradita fuit, esse non potuit. Quibusnam vero ex vocibus nomen hocce componatur, an ex ⲧⲟⲧ (nam ϯⲧⲟⲧ in Act. Apostol. XIII. 11. valet *præesse*), et ex ⲏⲓ, *domus*, et ϩⲓⲱⲕ, peritiores inquirent. Quidquid autem de hac derivatione statuendum sit, tribus Pachomianæ Regulæ capitulis mirifice nostrum hocce illustratur. Primum superius attuli adnotatione 10. Alterum vero, nempe LXXIX. sic vertit S. Hieronymus: *Nullus in cellula sua reponat aliquid ad vescendum, absque his quæ a Dispensatore acceperit*. In capitulo demum trigesimonono sic statuit S. Pachomius: *Ea quæ acceperint, per triduum eis sufficient: et, si cui residuum fuerit, reportabit ad Præpositum domus, et ille reponet in cellario, donec misceatur cum aliis, et cunctis fratribus præbeatur*.

[8] ϣⲏⲙ). Memphitis dictiones ϣⲁⲙ, et ϣⲟⲙ, ac etiam (ut in Theotociis scriptum reperio) ϣⲱⲙ, prout nomina quidem sunt, *tenuem* denotare solent; prout verba vero, valent *attenuari*, *comminuere*. Ita Gen. xli. 3. boves, seu vaccæ λεπταὶ, *macræ*, memphitice dicuntur ⲛⲓ ϣⲟⲙ: et Exod. IV. 10. suam Moyses vocem appellat ἰσχνὴν, *tenuem*, *gracilem*, memphitice ϣⲟⲙ: et Dan. II. 35. ferrum λεπτυνθὲν, *comminutum*, *pestato*, dicitur memph. ϣⲁⲙ. Sed in Theotociis pag. 73. ubi intellectus dicitur ⲉⲧϣⲱⲙ, *subtilis* potius, quam *tenuis* videtur dici. At vero Thebæi dicunt ϣⲏⲙ quoque, ut non ex hoc tantum loco, sed etiam ex Fragm. VI. pag. 229, et ex Fragm. IX. pag. prima numero 81. signanda, apparebit: quibus in locis *exiguum*, *parvum*, *parum* significat. Quin etiam e ϣⲏⲙ thebæi ipsi fecerunt ϣⲏⲙϣⲏⲙ; quæ vox et apud Tukium pag. 205. extat, et ab incognito Miraculorum S. Coluthi scriptore adhibetur. Apud Tukium Isaiæ locum ex cap. XXX. vers. 4. thebaice afferentem, ϣⲏⲙϣⲏⲙ nomen esse videtur: ubi enim græcus Interpres habet λεπτὰ, *tenuia*, *minuta*, thebaicus habet: ⲛ̄ⲥⲉⲕⲱⲧ (sic ibi scribitur) ⲉⲟⲩⲟⲛ ϣⲏⲙϣⲏⲙ, i. e. ni fallor, (*vas*) *quod conversum fuit in minuta fragmenta*. In iis autem quæ dixi Miraculis pag. 87. ϣⲏⲙϣⲏⲙ valet *sensim: a poco a poco*. Quin imo vir clariss. Augu-

stinus

stinus Georgius pag. 157. de thebaico hoc vocabulo docte disserens: *Ex hoc derivatum puto* (inquit) *Latinorum SENSIM, quod et Cicero aliquando adhibuit*. Obloqui equidem heic non auderem, nisi Latinos Ciceronis ætate, aut aliquot potius ante illum seculis adverbium ab Ægyptiis mutuatos esse, parum credibile videretur. Propria quidem deorum, urbium, locorum quorumdam nomina ex Ægypto in Latium, aut verisimilius ex Ægypto in Græciam, e Græcia in Latium iis temporibus migrasse non inficior: sed parum et hæc Latinis arriserunt, si mere forent ægyptiaca: nunquam sane *Chemi*, aut *Keme* nominaverunt, sed semper *Ægyptum*: nunquam *Racotim*, aut *Racotem*, nunquam *Ameiri*, nunquam *Pana*, aut *Bana*, nunquam *Panuf* etc: sed *Alexandriam* semper, *Nilum*, *Panopolim*, *Memphim* etc. dixerunt. At Ægyptios contra post Octaviani ætatem Latina, aut Latinæ originis vocabula adscivisse compertum est, sive a Latinis per Græcos, sive a Latinis ipsis ea acceperint: itaque in Rubricis Euchologio, Liturgicoque potissimum Codici ab inconcinno, minusque, ut reor, vetusto auctore additis passim invenias, ⲙⲁⲡⲡⲁ, *mappa*, ⲱⲣⲁⲣⲓⲟⲛ, *orarium*, ⲗⲉⲛⲧⲓⲟⲛ, *linteum*, ⲕⲁⲧⲁ ⲟⲣⲇⲓⲛⲟⲛ, *ex ordine*, *iuxta ordinem*, ⲫⲁⲕⲓⲁⲗⲓⲟⲛ, etc. Verum his multo vetustiora in Ægypto sunt Latina Dignitatum, officiorum, aliaque id genus nomina fere propria, puta ⲛⲟⲧⲁⲣⲓⲟⲥ *notarius*, ⲕⲟⲙⲏⲥ, *Comes*, ⲡⲣⲉⲧⲱⲣⲓⲟⲛ *prætorium*, ⲙⲓⲗⲗⲓⲟⲛ *milliarium*, ⲙⲉⲗⲓⲧⲟⲛ *miles* etc. Demum quod maiorem initio mihi admirationem peperit, in memphitico Isaiæ Interprete occurrit vox ⲥⲫⲟⲣⲧⲟⲛ, ut superius dixi; in Theotociarum vero canticis pag. 70, et 225. vox ⲥⲧⲣⲁⲧⲁ, *strata*, *la strada*.

[9] ⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ̀ ⲥⲛⲁⲩ, *duo sabbata*. Verti etiam forsitan potest, *duas hebdomadas*. Itaque S. Hieronymus Præf. in Reg. S. Pachomii: *Bis in hebdomada* (inquit), *quarta*, *et sexta Sabbati*, *ab omnibus ieiunatur*, *excepto tempore Paschæ*, *et Pentecostes*: ubi vox *Sabbatum* pro dierum hebdomade accipitur.

[10] Peritiores hæc supplebunt. Ego sic interpretabor quasi legendum esset: ⲧⲟⲩⲁⲩⲧⲟⲩ̀: — ⲡⲉϩⲙⲉ̀ ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲣⲟⲙⲡⲉ̀ ⲛ̄ⲛⲉⲣⲱⲙⲉ̀ ⲉϣ̀ⲕⲁ ⲟⲉⲓⲕ̀ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲉⲡⲧⲏⲣϥ̄ ϩⲣⲁⲓ etc. En igitur primæ huius capituli partis versionem:

f „ *Eiusdem. In Quadragesima quotannis nemo inter nos panem* „ *sibi ullo modo reponere poterit*, *sive ille masculus fuerit*, *sive femina*, „ *sive grandis natu*, *sive parvulus*, *donec tota Quadragesima completa fuerit*, *a primo sabbato* (vel, *a prima hebdomada*) *usque ad* „ *exitum* (*finem*) *magni Paschatis*. *Sed* „ etc.

11

[11] ⲉⲓⲧⲉ̀ ⲕⲟⲩⲓ̈, *ſive parvulus.*) Pueros quoque a S. Pachomio in monaſteria admiſſos fuiſſe conſtat. S. Hieronymus præfat. in ipſius Regulam: *In cœna ſimiliter* (inquit) *menſa ponitur, propter laborantes, ſenes, et pueros.* Pachomius vero ipſe capitulo 172: *Pueri* (inquit) *ſi in domo fuerint dediti luſibus et otio, et correpti non poſſint emendari* etc. Et cap. 173: *omnes autem pueri, qui non timent confundi pro peccato..... verberentur quamdiu diſciplinam accipiant et timorem.*

[8] ⲁⲗⲗⲁ̀ etc.) „ *Sed eo die, quo unuſquiſque comedit, ſive „ comedat feria quarta, ſive feria tertia, ſive feria ſecunda* (vel, „ *ſive comedat die quarto, ſive tertio, ſive ſecundo*), *quum e re„ fectorio exierint, datur ei ſua portio, et comedit. Et quod non „ comederit, id miniſtri veſpere tollant atque asportent. Et ſimi„ liter qui in tota noſtra Congregatione fuerit, ſive maſculus* „ ... Reliqua deſiderantur.

[12] ⲙ̄ⲡⲉϥϥⲧⲟⲟⲩ̀) Videtur idem eſſe thebaice ⲡⲉϥϥⲧⲟⲟⲩ̀, ac memphitice ϥⲧⲟⲩⲫⲟⲟⲩ. Senſus, ni fallor, eſt huiuſmodi: *ſive poſt tres jejunii dies, ſive poſt duos, ſive poſt unum manducet.* Feria hebdomadis ſexta, ſive Paraſceve in Diurno Alexandrino Romæ edito pag. 174. vocatur memphitice non ⲡⲉϥ̅ς, ſed ⲡⲓ ⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲁϩς, i. e. *dies ſextus.* In Zacharia autem VIII. 19. hæc verba: *νηστεία ἡ τετρὰς, καὶ νηστεία ἡ πέμπτη, καὶ νηστεία ἡ ἑβδόμη καὶ νηστεία ἡ δεκάτη, jejunium diei menſis quartæ, quintæ, ſeptimæ, ac decimæ*, ſic vertuntur memphitice: ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲡⲉ ϥⲧⲱⲟⲩ,... ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲡⲉ ⲧⲓⲟⲩ... ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲡⲉ ϣⲁϣϥ... ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ̀ ⲡⲉ ⲡⲙⲉⲧ ⲙ̄ⲡⲓ ⲁⲃⲟⲧ. Hieronymus autem Præf. in Reg. S. Pachomii: *Qui ad menſam ire noluerit* (inquit), *in cellula ſua panem... accipit, ſive in uno die voluerit, ſive poſt biduum.*

❋ ⲑⲙⲏⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ... ⲉⲩϩⲉϫϩⲱϫ, ⲉⲩϭⲓⲉⲙⲕⲁϩ, ⲉⲣⲉ ⲡⲓ ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲉⲙⲡϣⲁ ⲙ̄ⲙⲱⲟⲩⲁⲛ... ⲧⲱⲃϩ ⲙ̄ⲡϭⲱⲓⲥ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ:— *Theotoc.* pag. 196. *in Prec. ad Sanctos Monachos.* Ideſt: *Juſti omnes... anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus* (Hebr. XI. 37.), *orate Dominum pro nobis.*

VI.

Ægyptii codicis fragmentum, septem constans membranis, longis uncias fere $10\frac{1}{2}$, *latis uncias fere* $8\frac{2}{3}$.

Desunt initio 226. paginæ, seu, quod idem est, 113. membranæ. Progreditur a pagina 227. usque ad paginam 240. Membrana, quæ nunc prima est, erat secunda decimiquinti quaternionis, ut apparet ex numero ⲓ̄ⲉ̄, qui in dextro ultimæ paginæ latere notatus est superne, et inferne. Quaterniones igitur erant octaptychi. Vide Specimen pag. XXX. huius voluminis num. *6*.

Librarii propria hæc sunt. Character nitidus, et elegans: literarum forma vetusta et genuina: literæ ⲝ peculiaris figura, nempe ⲝ: interpunctio uniusmodi, scilicet punctum duntaxat: lineolæ crebræ, sed sæpe accentuum loco positæ, non raro autem superfluæ, imo delendæ: vacua spatia crebra, tamque ampla non raro, ut paucis literis integer constet versus: nulla litera rubro colore infecta: in margine flosculi identidem, aut asteriscus parvæ crucis instar, qualem in Speciminibus vides pag. XXX. num. 2, et *6*. Librarius ipse non omnino indiligens, sed haud satis eruditus: græca sane vocabula potissimum mendose scribit ut ⲠⲨⲔⲎ̄ pro ⲠⲎⲄⲎ', ⲄⲈⲚⲎⲘⲀ pro ⲄⲈⲚⲚⲎⲘⲀ, ⲬⲒⲘⲀⲢⲢⲞⲤ pro ⲬⲈⲒⲘⲀⲢⲢⲞⲤ, ⲘⲈ pro ⲘⲎ, ⲠⲖⲨⲄⲎ pro ⲠⲖⲎⲄⲎ, ⲠⲚⲒⲔⲦⲒⲔⲞⲢ̄ⲝ pro ⲠⲚⲨⲔⲦⲒⲔⲞⲢⲀⲝ', ⲞⲨⲆⲈ pro ⲞⲨⲦⲈ, *inter*, ⲔⲎⲪⲀⲤ pro ⲔⲈⲪⲀⲌ. Novum versum a capite exordiri non solet nisi absolutâ sententiâ: incipit autem creberrime a capite: itaque singulos paragraphos perbreves facit. Secundi, ac tertii Fragmenti Exscriptoribus vetustior videtur, ac fortasse primi Fragmenti calligrapho suppar est, aut etiam antiquior.

Continetur hocce Fragmento mutilus Sermo, sive homilia (in Cantica fortasse): in qua Gentiles, et Hæretici impugnantur; de Ecclesia sermo habetur; et plura Cantici Canticorum loca exponuntur. Aliquam vero cum Origenis homiliis videtur habere similitudinem, quisquis sit huiusce Auctor, quem ante quintum Ecclesiæ seculum floruisse affirmare non audeo, quamvis id verisimile videatur.

Pagi-

Pagina I. ⲥ̅ⲕ̅ⲍ̅

ϫⲉ [1] ϩⲛ̅ [a] ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥ
ⲛⲉ [2] ϯⲙ̅ⲙⲱⲧⲛ̅
ⲉⲧⲟⲟⲧϥ̅ⲙ̅ⲡⲥⲱ̅ϣ [3]
ⲉϥϫⲱⲙ̅ⲙⲟⲥ
ϫⲉϩⲉⲛⲁⲁϥ ⲉⲩ
ϩⲏⲗ [4] ⲉⲩϣⲁⲛⲙⲟⲩ
ϣⲁⲩⲧⲁⲕⲟ̅ ⲙ̅
ⲡϭⲱⲣ̅ϭ [5] ⲛ̅ⲟⲩⲛⲉϩ
ⲛ̅ⲥⲟϭ̅ⲛ̅.
ⲁⲧⲉⲧⲛ̅ ⲙⲟⲩ ⲁⲧⲉ
ⲧⲛ̅ⲧⲁⲕⲟ̅ ⲙ̅ⲡϭⲱ
ⲣ̅ϭⲙ̅ⲡⲱⲛϩ̅ ⲛ̅
ϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲛ̅.
ⲡⲁïⲉⲧⲟⲩϩⲁⲣⲉϩ
ⲉⲣⲟϥⲛⲁⲩⲛ̅ⲧⲟⲟⲩ
ⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ ⲛ̅ϭⲓ
ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ.
ⲉϣϫⲉ ⲛ̅ⲧⲉⲧⲛⲁ
ϣⲓⲡⲉⲁⲛ ⲉ̅ⲕⲧⲉ [6]
ⲧⲏⲩⲧⲛ̅ ⲉⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ . ⲛⲓⲙ [7] ⲡⲉⲧ
ⲛⲁϣⲓⲡⲉ ⲉⲛⲉϭ̅
ⲛⲉϭ̅ [8] ⲧⲏⲩⲧⲛ̅
ϩⲓⲧⲛ̅ ϩⲉⲛ ⲉⲗⲁ
ⲭⲓⲥⲧⲟⲛ ⲛ̅ⲍⲱ
÷ ⲟⲛ [9] ⲟⲩⲛ̅
ϩⲉⲛⲁⲁϥ ⲉⲩⲙⲟⲩ
ⲧⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ ϩⲓⲧⲛ̅
ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙϫⲉ ⲁϥ
÷ ⲛ̅ⲟⲩϩⲟ̅ⲣ.
ⲙⲁⲣⲉⲛϫⲟⲟⲥϩⲱⲱ̅ⲛ
ⲉⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙϩⲙ̅
ⲙⲁⲛⲓⲙ ⲉ̅ⲧⲟⲩ
ⲱϣⲁⲛ ⲉ̅ⲣ̅ⲭⲣⲓⲥ
ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̅
ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̅ⲛ̅ⲇⲁⲓ
ⲙⲱⲛ . ⲛⲉⲩⲙⲉ
ⲣⲓⲥ ⲛⲉ·ⲛ̅ⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏ̅ϩ [10]
ϫⲉ ⲥⲉⲛⲁϣⲱⲡⲉ
÷ ⲛ̅ⲧⲟ̅ ⲛ̅ⲃⲁϣⲟⲣ.
ⲡⲉⲥⲟⲟⲩⲡⲁⲛⲉⲑⲏ
ⲣⲓⲟⲛⲁⲛⲡⲉ.
ⲁⲗⲗⲁⲡⲁⲡϣⲱⲥ
ⲡⲉ ⲉϥϣⲁⲛⲙⲟⲩ
ⲇⲉ ϣⲁϥⲣ̅ ⲡⲱⲟⲩ
ϣⲁϥϣⲱⲡⲉⲅⲁⲣ
ⲛⲁⲩ ⲛ̅ϩⲣⲉ̅ ϩⲙ̅
ⲡⲧⲣⲉϥⲧⲁⲁϥⲛⲁⲩ.
ⲉⲓϫⲱ̅ ⲙ̅ⲡⲁï ϫⲉ
ⲛ̅ⲛⲉⲧⲛ̅ϫⲟⲟⲥ [11]
ϫⲉ ⲟⲩⲛ̅ⲧⲉⲡⲥⲁ
ⲧⲁⲛⲁⲥ ⲟⲩⲙⲉⲣⲓⲥ
ϩⲛ̅ ⲛ̅ⲣⲱⲙⲉ . ⲙⲉ [12]
ⲅⲉⲛⲟⲓⲧⲟ̅.
ⲧⲁⲙⲓⲟ [b] ⲅⲁⲣ ⲛⲓⲙ
ⲟⲩⲙⲟⲛⲟⲛ ϫⲉ [13]

ADNOTATIONES.

[1] Genuina horum sententia e superioribus pendet, quæ perierunt. Ethnicos vero heic Auctor alloquitur, capta forsitan occasione ex celebri Canticorum loco, *Unguentum effusum* etc., quem paulo ante attulerit.

[2] Idest: „... *quia in suis vobis opprobrat*, *dicens* (Ecclesia„stes X. 1.): Muscæ volantes, si moriantur, perdunt condi„mentum olei unguenti. *Vos mortui estis*, *vos condimentum vi„tæ*, *quod Christiani sibi ipsis inter se conservant*, *in vobis met*

 ipsis

„ *ipſis perdidiſtis. Si vos non pudebit averti a Deo, quiſnam vo-*
„ *bis minimorum animalium exemplum exprobrare erubeſcet? Quæ-*
„ *dam ſunt muſcæ, quæ ab omnibus muſcæ caninæ appellantur.*
„ *Quibuslibet hominibus quovis in loco exiſtentibus, qui Chriſtiani*
„ *fieri nolint, dicamus nos quoque: Dæmonum partes eritis, o vi-*
„ *ri, iuxta id quod ſcriptum eſt* (Ps. LXII. 10.): Partes vul-
„ pium erunt. *Ovis, belluarum non eſt, ſed paſtoris: at ſi mo-*
„ *riatur, belluarum eſt; harum enim cibus evadit, quum eis da-*
„ *tur. Hoc dico, ne illud vos dicatis quod in hominibus partem*
„ *habeat Satanas. Abſit. Quælibet enim creatura* „ etc.

² ϩⲛ̄ ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥ ⲛⲉ, *in ſuis*.) Videtur neutro genere accipiendum, quaſi dicat, *per ſua animalcula*. Joann. XIII. 1. ſeu pag. lx. huius voluminis, ⲛⲉⲧⲉⲛⲟⲩϥ ⲛⲉ valet, *ſuos*.

³ ϯ... ⲙ̄ⲡⲥⲱϣ') Memphitis ϯϣⲱϣ eſt *exprobrare*, *improperare*. Vide Tuk. pag. 344. Thebæi vero dicunt ϯⲥⲱϣ. Quod ergo memphitis eſt ϣⲱϣ, et ϣⲉϣ, et ϣⲏϣ, id thebæis eſt ⲥⲱϣ. In Actis S. Coluthi pag. 91. legitur ⲥⲱϣ, et ⲥⲱϣⲉ: ſed quid ibi ſignificent hæc verba, neſcio. Perdifficilis ſane ad explicandum eſt ille locus, niſi librarii, aut typothetæ mendum ibidem latere ſuſpicemur. En illum: ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁϥⲥⲱϣ ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ ⲙ̄ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ϩⲙ̄ⲡⲕⲁϩ. Si pro ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ ſcriptum eſſet ⲛⲉϥϣⲱϣⲧⲉ, aut ⲛⲉϥⲥⲱⲕ, verti poſſet: *ſed corpus ſuum per terram (humi) trahebat*. Sed illud ⲛⲉϥⲥⲱϣⲉ quomodo vertendum eſt? ⲥⲱϣⲉ ſunt *agri*.

⁴ Græca Eccleſiaſtæ interpretatio ſic habet: μυῖαι θανατȣ̃σαι (ed. Complut. θανȣ̃σαι) σαπριȣ̃σι σκευασίαν ἐλαίȣ ἡδύσματος, i. e. *muſcæ morientes* (aut, *mortuæ*) *corrumpent (putrefacient) præparationem (condimentum) olei ſuavitatis*. Vulgatus Interpres: *Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti*. Aut ergo Ægyptius noſter memoriter fortaſſe hæc citans, aut thebaicus Eccleſiaſtæ Interpres de ſuo addidit ⲉⲩϩⲏⲗ, *volantes*. In huiuſmodi additamenta ſæpius iam incidimus: certum vero de illis iudicium ab eo ferri nequit, qui integros divinæ Scripturæ libros memphitice, aut thebaice converſos nunquam viderit, ut ego nunquam vidi: excerpta enim illa duntaxat, ſive ἀναγνώσεις, i. e. *Lectiones* videre huc uſque licuit, quæ in Liturgicis libris afferuntur, ubi non raro aut demendo fortaſſe, aut addendo interpolantur, et ad ægyptiacæ *acoluthiæ*, aut Liturgiæ uſum accommodantur. Ceterum ea de quibus loquimur, additamenta non in ægyptiacis tantum verſionibus, ſed in græcis etiam quibuſdam Bibliorum exemplaribus habuiſſe Alexandrinos, ſive ægyptios conſtat,

idque

idque ostendi in Notis ad Didymum pag. 405, et 369, et 402, et alibi. Quod vero spectat ad hunc Ecclesiastæ locum, quo S. Cypriani ætate abutebantur Rebaptizantes, is a S. Pachomio in longiore epistola ad Syrum Patrem monasterii Chnum, et Joannem Præpositum domus eiusdem Monasterii sic citatur, Hieronymo interprete: *Sapiens et continens homo non ungetur unguento, quod demolitæ sunt muscæ morientes.*

[5] Thebaice ϭⲟⲣϭ *condimentum* sonat, σκευχσίαν, *præparationem*, ut vides. Memphitice tamen ϫⲟⲣϫ est *laqueus*, et *captura*.

[6] Verbum thebaicum ⲕⲧⲉ, *avertere*, habes et apud Tukium pag. 515, ubi leges: ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲕⲧⲉ ⲡⲉⲕϩⲟ, *ne avertas faciem tuam.*

[7] ⲛⲓⲙ.) Huius vocis causa superiora, ⲉ̄ⲕⲧⲉ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, interpretatus sum, *averti a Deo*. Quod si cui magis placeat interpretari, *converti ad Dominum*, vocula ipsa ⲛⲓⲙ heic pro *unoquoque* accipienda erit, ac vertendum, *unumquemque pudebit*: nisi forte malit quis addere ⲁⲛ, ac legere, ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧⲛⲁϣⲓⲡⲉ ⲁⲛ, *quem non pudebit?* etc.

[8] Apud Tuk. pag. 344, et Fragm. XIV. col. 2. habemus thebaicum verbum, ⲛⲟϭⲛⲉϭ, *exprobrare*. Heic, ⲛⲉϭⲛⲉϭ, idem sonat.

[9] *Per minima animacula*: cuiusmodi sunt *muscæ*.

[10] ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ', *sicut scriptum est*.) Græcus Int. et Vulg. et Memphiticus consentiunt: nam habent: μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται: *partes vulpium erunt*: ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲓ ⲛ̄ϩⲁⲛ ⲧⲟⲓ ⲛ̄ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲃⲁϣⲟⲣ. Sed Thebaicus Interpres, aut noster Auctor numero singulari, ⲛ̄ⲧⲟ' ⲛ̄ⲃⲁϣⲟⲣ, *partes vulpis*: nisi scribendum fuerit ⲛ̄ⲛ̄ⲃⲁϣⲟⲣ, *vulpium*.

[11] *Ne dicatis* etc.) Manichæorum de duobus Diis, sive Principiis errorem respicit ac propulsat, quod ab ethnicis in ægypto fortasse adoptatus esset. Itaque S. Athanasius lib. 1. contra Apollinarium pag. 746. tom. 1: *Neque enim* (inquit) *diabolus naturæ creator fuerit, ut Manichæorum fert impietas*. Ac pag. 749: *Manichæus... ajens, Hominem duobus subiacere opificibus, malo et bono.*

[12] ⲙⲉ.) Miror ita scriptum heic fuisse. Scribe, ⲙⲏ: atque hinc etiam collige illud confirmari quod superius pag. 72. intuli, literam ⲏ in Ægypto tamquam ⲉ, sive E prolatam interdum esse.

[13] Notanda hæc particula, ϫⲉ: videtur enim heic valere, *scilicet*.

Pagi-

ⲥ̄ⲕ̄ⲏ̄ Pagina II.

ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ.[b] ⲁⲗⲗⲁ
ⲛ̄ⲕⲉⲧⲃ̄ⲛⲟⲟⲩⲉ.
ⲙⲛ̄ⲛⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ.
ⲙⲛ̄ⲛ̄ϩⲁⲗⲁⲁⲧⲉ.
ⲙⲛ̄ⲛⲉⲧϩⲛ̄ⲙ̄ⲙⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲟⲟⲩⲉ[1]. ⲙⲛ̄
ⲛ̄ϫⲁⲧⲃⲉ. ϣⲁϩⲣⲁï
ⲉⲡϩⲟϥ. ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲣⲉϥ
ϣⲱⲡⲉ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲁⲛ
ⲙⲟⲩ ϩⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄
ⲙⲛ̄ⲧⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ
ⲙⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ⲙⲛ̄ⲧ
ⲁⲧⲛⲟⲩⲧⲉ · ϣⲁⲛ
ⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲱⲡⲉⲙ̄
ⲙⲉⲣⲓⲥ ⲛ̄ⲛ̄ⲇⲁⲓⲙⲱ
ⲛⲓⲟⲛ ϫⲉ ⲁⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ†ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲉ̄
ⲧⲟⲟⲧⲟⲩⲛ̄ⲛⲉⲡⲛ̄ⲁ̄
ⲛ̄ⲁⲕⲁⲑⲁⲣⲧⲟⲛ.
ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉⲡϣⲁ
ϫⲉ[2] ϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥϫⲉ
ⲛⲁï ⲛ̄ⲧⲁïⲧⲁⲁⲩⲙ̄
ⲡⲥⲁⲧⲁⲛⲁⲥ.
ⲟⲩⲛ̄ ϩⲉⲛⲁϥ̄[3] ⲅⲁⲣ[4]
ϣⲟⲟⲡ. ⲥⲟⲡⲙⲉⲛ
ϣⲁⲩⲟⲩⲱϩ ⲉϫⲙ̄
ⲡⲉⲃⲓⲱ̄ ⲉⲩϣⲁⲛ
ϭⲛ̄ⲧϥ̄ . ⲥⲟⲡⲇⲉ
ⲟⲛϣⲁⲩⲟⲩⲱ̄ϩ
ⲉϫⲙ̄ⲡⲟⲉⲓⲕ.
ⲥⲟⲡⲇⲉⲟⲛ ϣⲁⲩ
ⲟⲩⲱ̄ϩ ⲉϫⲛ̄ⲙ̄ⲡⲁ
ϩⲥ̄[5]. ϣⲁⲩϩⲉⲇⲉ
ⲟⲛ ⲉ̄ⲣⲟⲟⲩϩⲛ̄ⲛⲏï
ⲛ̄ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ . ⲁⲗ
ⲗⲁⲥⲉⲙⲟⲥⲧⲉ ⲙ̄
÷ ⲙⲟⲟⲩ.
ⲡⲉïϣⲁϫⲉ ⲡⲁⲛ
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ[6] ⲡⲉ.
ⲙⲛ̄ ϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓⲕⲟⲥ
ⲛⲓⲙ ⲉ̄ⲧⲟ̄ ⲛ̄ϩⲏⲧ
ⲥⲛⲁⲩ.
ⲥⲟⲡⲙⲉⲛ ϣⲁⲩ
ⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲡϣⲁ
ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉϩⲙ̄
ⲡⲙⲁⲛ̄†ⲥⲃⲱ̄.[7]
ⲥⲟⲡⲇⲉⲟⲛ ⲥⲉⲧⲁïⲟ
ⲙ̄ⲡⲣⲁⲛⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲓ̄ⲥ̄ ⲡⲟ̄ⲉⲓⲕ[8] ⲙ̄ⲙⲉ
ⲛ̄ⲧⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄
ⲧⲡⲉ. ⲡⲱⲛϩⲛ̄ⲛⲉ
ⲭⲣⲓⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ.
ⲥⲟⲡⲇⲉⲟⲛ ϣⲁⲩ
ϭⲛ̄ⲧⲟⲩ ϩⲛ̄ⲧⲉⲕ
ⲕⲗⲏⲥⲓⲁ[9]. ⲉⲧⲉⲡⲁï
ⲡⲉ ⲡⲏï ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏ
ⲣⲉⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ.

ADNOTATIONES.

[b] ⲧⲁⲙⲓⲟ ⲅⲁⲣ etc.) Idest: „ *Qualibet enim creatura, non* „ *solum homines scilicet, sed etiam pecudes, et feræ, et volucres,* „ *et aquarum incolæ pisces, et reptilia usque ad serpentem omnia, ut* „ *existerent effecit Deus* (existentiam a Deo acceperunt). *Sed vos* „ *si in vestra incredulitate, atque in atheismo vestro moriemini,* „ *partes eritis dæmoniorum: quia Spiritibus immundis a Domino* „ *tra-*

„ *traditi estis*, *juxta illud quod Sermo* (*idest Scriptura*) *ait* (1. „ ad Tim. I. 20.): Quos tradidi Satanæ. *Plura enim sunt muscis habitacula: aliàs quidem supra mel insident, si id inveniant;* „ *aliàs super pane consistunt; aliàs in rimis* * *commorantur; quin* „ *etiam in hominum domibus inveniuntur, sed odio ab hominibus* „ *ipsis habentur. Quod autem nunc de muscis dictum a me fuit,* „ *id in Græcos* (ethnicos), *atque Hæreticos quoslibet, qui duplici* „ *corde sint, convenit. Hi interdum quidem Dei verbum audiunt* „ *in gymnasio catechesibus habendis destinato: aliquando autem illius, qui* panis (ex Joann. VI. 32.) *verus est, ac* de cœlo „ *exivit, et christianorum* vita (ex Jo. XI. 25.) *existit, Domini JESU nomen honorant: nonnumquam vero in Ecclesia etiam,* „ *quæ filiorum Dei* domus (ex ep. ad Hebr. III. 6.) *est, reperiuntur: aliàs denique* „ etc.

[1] ⲚⲈⲦϨⲚ̄ Ⲙ̄ⲘⲞⲨⲚⲈⲒⲞⲞⲨⲈ.) Phrasi hacce pisces, et aquatilia omnia animantia, sive, ut cum Scriptura loquar, ea *quæ moventur in aquis*, designari perspicuum est. At genuina compositi vocabuli, ⲘⲘⲞⲨⲚⲈⲒⲞⲞⲨⲈ, derivatio quænam est? Nomen quidem ⲘⲞⲞⲨ, *aqua*, heic latere video, ut in ⲘⲞⲨⲚϨⲰⲞⲨ, *pluvia*. Sed alterius vocis etymon, et radix quænam sit, necdum reperire potui. Docebunt peritiores. Equidem inscitiam malo fateri meam, quam leves (quod plerisque etymologis placuisse video), aut etiam frivolas afferre coniecturas, easque vel ex memphitico verbo ⲚⲈⲂⲒ, *natare*, deducere, verbi gratia, vel e thebaicis verbis ⲈⲒⲰ, *lavare*; ⲚⲈϨⲒⲞⲞⲨⲈ, *viæ*; et ⲚⲞⲈⲒⲚ, *moveri*: quod postremum verbum apud Tukium habemus pag. 279, ubi ⲦⲠⲈ ⲚⲀⲚⲞⲈⲒⲚ valet, *cælum movebitur*, et pag. 308, ac demum etiam pag. 305, si tamen ibi pro ⲤⲈⲚⲀⲞⲈⲒ legendum est ⲤⲈⲚⲀⲚⲞⲈⲒ, *commovebuntur*.

[2] ⲠϢⲀϪⲈ, *Sermo*, λόγος.) Alexandrinos Patres, Græcosque, Didymum vero nominatim, vocabulo, λόγος, divinam sæpe Scripturam sine addito nuncupare, idque sic acceptum voce, *Sermo*, latine verti a S. Hieronymo, alibi ostendi. Ne dicta repetam, vide libr. 3. Didymi de Trin. cap. 3. pag. 334. Not. 2. Thebæos quoque ita locutos esse, hinc discimus.

[3] ϨⲈⲚ ⲀϤ, *muscæ*. Paulo ante dixit Auctor, ϨⲈⲚ ⲀⲀϤ: hic vero ϨⲈⲚ ⲀϤ. Lineolam quidem supra literas ⲀϤ duxit librarius utrasque complectentem, sed eam pro accentu habere malim: nam passim cum ipse, tum alii accentum sic notant, si quarti, et quinti Fragmenti exscriptores excipias, qui raro accentum per huiusmodi lineolam notant.

[4] ⲄⲀⲢ,

[4] ΓΑΡ, *enim.*) Quid heic faciat hæc particula, vix intelligo. Ad superiora forsitan, quæ desunt, referebatur: nisi eam ab ægyptiis interdum pro causali adhibitam non esse suspicemur.

[5] ЄΧⲚ ⲘⲠⲀϨⲤ.) En alia rursus vox mihi fere ignota, ⲠⲀϨⲤ. An *rimam*, *scissuram*, *foramen (fessura, buco)* denotat, ut respondeat memphitico nomini ⲪⲰϦ? At obstat litera illa Ⲥ. In Fragm. IX. pag. 54. legemus, ЄΧⲚ ⲞⲨⲠⲀϨϤ ⲘⲠЄⲦⲢⲀ. Si ergo plurale nomen ϨЄⲚⲀϤ Auctor non præmisisset, litera Ⲥ pro suffixo feminino singulari pronomine haberi posset, ut ⲠⲀϨⲤ valeret, *rima eius (il buco di essa)*: etenim nomen ⲀϤ est femininum. An per figuram illam, quam nos solœcismum nuncupamus, singularem numerum posuit pluralis loco? Apage huiusmodi suspiciones.

[6] Quarto Christi seculo plurimos adhuc in Ægypto Græcos, idest Ethnicos, superfuisse ostendi in Notis ad Didymum Alexandrinum lib. 3. cap. 24. Not. 3. pag. 416. Illis vero circiter temporibus Homiliæ huius Auctor forsitan scripsit.

[7] ϨⲘ ⲠⲘⲀⲚⲦⲤⲂⲰ) Non ait, *in Ecclesia*: Ethnici enim, Hæreticique ab ea, Synaxium saltem tempore, plane arcebantur. Ad eum vero *τόπον*, sive ædem, in qua Catechista docebat, accedere ipsos quoque potuisse dubitandum non est. Nomen autem ⲘⲀⲚⲦⲤⲂⲰ in huiusmodi locum optime quadrat: ex etymo enim *locum institutionis*, *doctrinæ*, *catecheseos* sonat.

[8] Lineola supra Ⲟ ducta in ⲠⲞЄⲒⲔ accentus est, ut puto: alioquin delenda foret. Sed talia lector ipse per se notet.

[9] *In Ecclesia*) Ethnicos etiam homines (proh flagitium execrabile!) a schismaticis in Ægypto Melitianis Episcopos ordinatos fuisse testatur S. Athanasius in Historia Arianorum n. 78. p. 309.

* pag. superiore lin. 29. sic emenda: Legendum est, ⲤЄⲚⲀⲚⲞЄⲒⲚ, *commovebuntur*, ut puto: quæ lectio confirmatur ex Fragm. I. pag. 27. Matth. XXI. 10.

Pagina III.

ⲤⲔⲐ

ⲤⲞⲠⲀЄⲞⲚ ϢⲀⲨЄⲒ
ⲢЄ ⲚⲚⲤⲰⲚⲦ.
Ⲏ ⲚЄⲤⲘⲞⲦ ЄⲦⲞⲨ
ϢⲘϢЄ ⲚⲀⲨ.
ⲤⲞⲨⲚ ⲠЄⲦⲚⲤⲰϢ
ЄⲂⲞⲖϨⲚⲚⲀⲒ. ЄⲒ
ϢⲀϪЄ ЄⲢⲰⲦⲚ

ⲚЄⲦⲚⲀЄⲦЄⲔⲔⲖⲎ
ⲤⲒⲀ ϨⲚⲞⲨϨⲨⲠⲞ
ⲔⲢⲒⲤⲒⲤ ЄⲦⲂЄⲐⲞⲦЄ
÷ ⲚⲚⲢⲰⲘЄ.
ⲚⲦⲰⲦⲚ ΓΑΡ ⲚЄ
ⲦЄⲢЄ ⲠϢⲀϪЄ
ϪⲰⲘⲘⲞⲤ ЄⲢⲰ

ⲦⲚ

ⲧⲛ̄ · ϫⲉ ϥⲥϩⲟⲩⲟ̄
ⲣⲧ̄ [1] ⲛ̄ϭⲓⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ [2]
ⲛ̄ⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ ⲙ̄
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϩⲛ̄ⲟⲩⲁ
÷ ⲙⲉⲗⲓⲁ.
ⲙⲉϣⲁⲕ [3] ⲛⲉⲓⲍⲱⲟⲛ
ϣⲏⲙⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ [4]
ⲉⲧϩⲛ̄ⲛⲉⲗⲕⲱ̄ [5]
ⲉϣⲁⲩϣⲱϣ
ⲙⲛ̄ⲡⲧⲏⲩ [6] ϩⲙ̄
ⲡⲧⲣⲉⲩⲡⲱϣ
ⲙ̄ⲡⲉⲗⲕⲱ̄.
ⲛⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲅⲁⲣ
ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩⲉⲓ
ⲉ̄ⲃⲟⲗⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ
ϫⲉ ⲛⲉⲩϣⲟⲟⲡϩⲛ̄
÷ ϩⲉⲛⲧⲁⲙⲓⲟⲛ [7] ⲉⲩ
ⲙⲉϩ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ.
ⲛ̄ⲧⲉⲓϩⲉ ϩⲱⲟⲩⲛ̄ⲛ̄
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ· ⲙⲛ̄
ϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛⲓⲙ
ⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁⲩ [8]
ϫⲉ ⲉⲩϣⲟⲟⲡϩⲙ̄
ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ. ϫⲉ
ⲥⲉⲉⲓⲣⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲧⲉⲙϣ
ϣⲉ [9]. ⲉⲩⲛⲁⲩⲇⲉ
ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲙ̄ⲡⲉⲩ
ⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲙ̄ⲡⲉ
ⲭⲥ̄ ⲉⲁϥⲙⲟⲩϩ ⲙ̄
ⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ̄.
ⲟⲩⲙⲟⲛⲟⲛ ⲇⲉ ϫⲉ [10]
ϣⲁⲩⲣ̄ϭⲱⲃ. ⲏ̄
ⲥⲉ ⲟ̄ ⲛ̄ϭⲱⲃ [11]. ⲁⲗⲗⲁ
ϩⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩⲟⲛ
ⲙ̄ⲡⲉⲩⲙⲟⲩ ⲥⲉ ⲛⲁ
ⲣ̄ϭⲱⲃ. ϩⲙ̄
ⲡⲧⲣⲉⲩⲕⲁⲧⲁⲣⲅⲉⲓ [12]
ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲩⲥⲙⲟⲧ ⲙ̄
ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲛ.
ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲩⲥⲩⲛⲏⲑⲉⲓⲁ [13]
ⲛ̄ⲇⲁⲓⲙⲱⲛⲓⲟⲛ [14]
ⲛ̄ⲥⲉϣⲱϣ ⲙⲛ̄
ⲡⲧⲏⲩ. ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉ̄

ADNOTATIONES.

[c] ⲥⲟⲡ ⲇⲉ ⲟⲛ etc.) „ *Aliàs denique simulacrorum figmenta* „ *faciunt, quibus cultum præstent, atque obsequium. Ex hisce ignominiam vestram agnoscite. Alloquor vos, o qui ad Ecclesiam ob* „ *hominum timorem cum simulatione venitis. Vos enim estis quibus* „ *Verbum* (vel, *Scriptura*) *dicit* (Jerem. XLVIII. 10.): Maledictus qui facit opera Dei negligenter. *Heu misera! parva illa animalcula, quæ in putaminibus inclusa manent, ac rupto putamine, in auras celeri volatu abeunt: priusquam enim in lucem prodirent, semetipsos in penetralibus luce plenis habitare existimabant. Simile quid Græcis* (ethnicis) *quoque omnibus, atque Hæreticis contingit, qui intra semetipsos reputant, atque arbitrantur se in luce versari, quia faciunt ea quæ non debent* „ (vel, *quæ non decent*), *quamvis lucem videant Euangelii Christi, quæ terram omnem implevit. Non solum autem miseri solent fieri, aut miseri nunc sunt, sed in suæ quoque ipsorum mortis die miseri erunt, cum improba illorum simulacra, eorumque*

„ *cum dæmonio familiaritates exinanientur (inanes et inutiles* „ *reddentur) atque in auras evanescent, cum* „ etc.

[1] ϥⲥϩⲟⲩⲟ̄ⲣⲧ̄, *maledictus* etc.) Jeremiæ verba in græca versione sunt: ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα κυρίε ἀμελῶς: quæ thebaicus Interpres, aut thebæus Auctor ad verbum fidelissime transtulit, sed librarius aliquantulum vitiavit, ut nunc dicam.

[2] ⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ, *qui faciunt*) Mendum librarii manifestum. Scribe, ⲡⲉⲧⲉⲓⲣⲉ, *qui facit*: non solum enim græcus Interpres habet, ὁ ποιῶν, *faciens*; sed superior etiam vox, *maledictus*, hanc exposcit emendationem.

[3] ⲙⲉϣⲁⲕ) Diu vox hæcce me torsit. Quum vero bis in septimo etiam Fragmento occurrat, collatis inter se tribus hisce locis visa tandem est nihil aliud esse quam dolentis ac miserantis interiectio: *o me miserum*: *o te miserum*: *o vos miseros*: *heu* etc. Neque vero mirum illud videatur quod desinat in ⲕ: alia enim nonnulla similiter desinunt et apud Memphitas, ut ⲓⲥϫⲉⲕ, ϭⲁⲕ, ⲥⲟⲕ, etc. Peritiores iudicabunt, ac vocis etymon invenient, ut tutius aliquid ac certius de vocabuli significatione statuamus.

[4] ⲛⲉⲓ... ⲉ̄ⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ. Sic etiam pag. seq. ⲡⲉⲓ... ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ. Et memph. Joh. XI. 39: ⲙ̄ⲡⲁⲓ ⲱⲛⲓ ⲙ̄ⲙⲁⲩ, *quella pietra là*. ⲍⲱⲟⲛϣⲏⲙ est *animalculum*, ut ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ *pueri*, quasi *filioli*.

[5] ⲛ̄ⲉⲗⲕⲱ) Hoc quoque nomen molestiam diutius attulit, et affert adhuc: nusquam enim alibi reperi. Post perpensam tamen totius periodi sententiam, *corticem*, *folliculum*, *putamen* denotare visa est, quo insecta inclusa manent, aut involuta, quamdiu chrysalides sunt, nec alas emiserunt. Locum hunc, Plinii verba mire illustrant lib. XI. cap. 32. scribentis: *Eruca araneo accreta, quam chrysalidem appellant*: *rupto deinde cortice volat papilio*. Lacrozius in voce ⲉⲗⲕⲥ *angulum* ea denotari in Act. XXVI. 26. affirmat. Si pro ⲉⲗⲕⲟ typographus scripsisset mendose ⲉⲗⲕⲥ, memphiticum vocabulum, cui nostrum hoc utcunque responderet, haberemus.

[6] Locutio hæc, ϣⲱϣ ⲙⲛ̄ ⲡⲧⲏⲩ (verbum e verbo, *æquari cum vento*) significat *avolare*, *in auras evolare*, et præterea, *in auras evanescere*, *andare in fumo*. In hac ipsa pagina mox videbis. Porro verbum utriusque dialecti ϣⲏϣ, et thebaicum ϣⲁϣ, *æquari*, cum particula ⲙⲛ̄ vel memphitica ⲛⲉⲙ construi ex his etiam exemplis patet. Nimirum Psalm. LIV. vers. 13. legimus memphitice: ⲉⲧϣⲏϣ ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ, *unanimis mihi*: et ep. ad Philipp. II. 6. apud Tuk. pag. 572. thebaice: ϣⲁϣ ⲙⲛ̄ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, *æqualem esse Deo*. Sic et Matth. XX. 12.

[7] Ma-

[7] Malim, ϩⲛ̄ ϩⲉⲛ ⲧⲁⲙⲉⲓⲟⲛ', *in penetralibus*.

[8] ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁⲩ, *apud semetipsos: intra se: dentro di se*: ϩⲛ̄ ⲛⲉⲩϩⲏⲧ, *in cuor loro*. Ita et mox pag. 239. ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁⲥ, et ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁϥ: et apud Tuk. pag. 278, 266, et 495. similes locutiones.

[9] ⲛ̄ⲛⲉⲧⲉⲙ̄ϣϣⲉ). Pro ⲛ̄ⲛⲉⲧⲧⲙ̄ϣϣⲉ, ut puto: nempe, *ea quæ indecentia sunt: actiones indecoras*. Matth. XVIII. 33. pag. 7. huius voluminis vidimus, ⲛ̄ϣϣⲉ... ⲁⲛ, *nonne oportebat? nonne decebat?* Memph. ⲥϣⲉ pro ϣϣⲉ.

[10] Particula ϫⲉ hoc in loco aut παρέλκει, aut valet, *nimirum, scilicet*.

[11] ⲛ̄ϭⲱⲃ, *miseri*.) ϭⲱⲃ (memph. ϫⲱⲃ) est cum *infirmus*, tum *miser*. Occurret mox rursus hæc vox pag. 232. col. 2. In epist. quidem 1. ad Cor. IX. 22. ap. Tuk. pag. 237. valet, *infirmus*: pag. vero 113. apud eumdem ⲙⲛ̄ⲧϭⲱⲃ (sic enim ibi legendum puto pro ⲙⲛ̄ϭⲱⲃ) valet, *infirmitas*. Sed Psalm. XVI. 9. quod græca versio habet, ταλαιπωρησάντων με, *qui me afflixerunt*, seu potius, *qui miserum me reddiderunt*, id memphiticus Interpres vertit, ⲛⲏ ⲉⲧⲓⲣⲓ ⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲛ̄ϫⲱⲃ.

[12] ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉⲩⲕⲁⲧⲁⲣⲅⲉⲓ) Verbum Biblicum, et hellenisticum καταργεῖν activum est, sed Auctor noster ægyptiaca consuetudine ac licentia passive id accipit. Significat *exinanire; inanem et inutilem reddere*. Ita ex. gr. in ep. ad Rom. IV. 14. κατήργηται ἡ ἐπαγγελία, valet: *inutilis et inanis effecta est promissio*.

[13] Malim, ⲛⲉⲩⲥⲩⲛⲏⲑⲉⲓⲁ', cum diphthongo.

[14] Scribe, ⲛ̄ⲇⲁⲓⲙⲟⲛⲓⲟⲛ, cum O parvo, ut Jo. X. 21. p. 27.

ⲥ̄ⲗ̄

Pagina IV.

ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲛⲉϥⲧⲟⲩ ⲉ̄ⲃⲟⲗ [1].
ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉⲅⲣⲁ
ⲫⲏ ϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ
ϩⲛ̄ ϩⲁϩ ⲙ̄ⲙⲁ. ϫⲉ
ⲡⲧⲏⲩ [2] ⲛⲁϥⲓⲧⲟⲩ
ⲉⲧⲉⲡⲁï ⲡⲉⲡϭⲱ
ⲛⲧⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲑⲁⲧⲏⲩ ⲛⲁ
ⲑⲗⲟⲟⲩ [3] ⲉⲃⲟⲗ. ⲉⲧⲉ
ⲧⲟⲣⲅⲏ̄ⲧⲉ ⲉⲧⲛⲁ
ϭⲱⲗⲡ̄ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄
ⲧⲡⲉ [4].
ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲛ̄ ⲟⲩⲁ̄
ⲇⲉ ⲟⲩⲱϣ̄ ⲉϫⲛⲉ
ⲟⲩϩⲉⲗⲗⲏⲛ · ⲏ̂
ⲟⲩϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓⲕⲟⲥ
ⲉⲩϩⲱⲃ . . ⲙⲁ
ⲣⲉϥϫⲛⲉ̀ ⲡⲉïⲍⲱ
ⲟⲛ [5] ⲉ̀ⲛⲉⲗⲁⲝⲓⲥ
ⲧⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ.
ⲉⲧⲉⲧⲉϥⲫⲩⲥⲓⲥ
ⲡⲉⲕⲓⲙ ⲛ̄ⲧⲉϥ
ⲁⲡⲉ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ

ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲥⲁⲧⲡⲉ.
ⲉⲧⲉϣⲁⲣⲉ ⲛ̄ϣⲏ
ⲣⲉ ϣⲏⲙ ϫⲛⲟⲩϥ
ⲉⲩⲥⲱⲃⲉ. ⲏ̄ ⲉⲩ
ϫⲓ ⲛ̄ϩⲣⲁⲩ[6]. ⲉⲩϫⲱ̄
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲉ̀ⲛⲉ
÷ ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲛⲏⲩ.
ϩⲉⲛⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉⲟⲛ
ⲛⲉⲛⲉⲧⲛⲁ̄ ⲉⲙ
ⲙⲁⲛ̄ϣⲓⲛⲉ[7]. ⲙⲛ̄
÷ ⲛⲉⲧⲉⲓⲛⲉ[8] ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ.
ⲡⲉⲧⲟⲩⲱϣ ⲇⲉ
ⲟⲛ ⲉⲉⲡⲉⲧⲉⲓⲙⲁ[9]
ⲛⲁⲩ ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲩ
ⲙⲛ̄ⲧϩⲁϩ ⲛ̄ϣⲁ
ϫⲉ[10]. ϫⲉ ⲥⲉϫⲱ ⲛ̄
ⲛⲉⲧⲉⲛ̄ⲥⲉϣⲟⲟⲡ
ⲁⲛ ϩⲙ̄ⲡⲉⲩⲥⲟⲟⲩⲛ
÷ ⲛ̄ⲛⲟⲩ̄ϫ.
ⲙⲁⲣⲉϥϫⲟⲟⲥ ⲛⲁⲩ ⲛ̄
ⲧⲉⲓϩⲉ ϫⲉ ⲛⲓⲙ
ⲡⲉⲧϫⲛⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲉ
ⲕⲣⲟⲩⲣ[11] ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲙⲟⲟⲩ ϫⲉ ⲛⲉ
ϥⲛⲏⲩ . ⲛ̄ⲑⲉ
ⲉⲧⲉϣⲁⲩϫⲉⲡⲁï
ⲛ̄ϭⲓⲛⲉⲧϫⲓⲛ̄
ϩⲣⲁⲩ[12]. ⲉⲃⲟⲗϫⲉ
ⲥⲉⲱϣ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ
ⲛⲉⲕⲣⲱⲟⲩ ⲛ̄ⲙ̄

ADNOTATIONES.

[b] ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉ̀ ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ etc.) „ *cum Spiritus Dei* perdet (*de-* „ *lebit*, *destruet*) eos, *iuxta id quod multis in locis dicunt Scri-* „ *pturæ: nempe*, Ventus, *videlicet ira Dei*, de medio tollet eos, „ et procella (*nimirum* ira *quæ* revelabitur de cælo) disperget eos. „ *Si quis vero est qui Græcum* (*Ethnicum*), *aut Hæreticum de* „ *aliqua re percontari velit*, *is parvum illud animal sciscitetur*, „ *quod sic natura comparatum est*, *ut deorsum*, *ac sursum caput* „ *moveat*, *quodque pueri per iocum*, *aut serio* * *interrogare* „ *solent*, *ac dicere: Erit ne pluvia? Tales sunt illi etiam qui ad* „ *oracula* (*aut hariolorum loca*) *veniunt*, *iique pariter qui hos* „ *illuc adducunt. Quisquis autem illos insuper ob eorum multilo-* „ *quium redarguere voluerit*, *quia mendaci sua scientia ea dicunt*, „ *quæ nequaquam existunt*, *is dicat illis in hunc modum: Quis* „ *ranas interrogat de pluvia*, *num ventura sit*, *sicut ii dicere so-* „ *lent qui* ϫⲓⲛ̄ϩⲣⲁⲩ, *quia ex eorum locorum ripis coaxantes vo-* „ *ciferantur*, *in quibus aquarum fluenta sint?* . . . „ etc.

[1] ⲛⲉϥⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ) Ex verbo thebaico, ac memphitico, ϥⲉⲧ ⲉⲃⲟⲗ, *delere*, *exterminare*. In thebaicis textibus apud Tukium habemus pag. 418, ⲉ̀ϥⲉⲧ, *ad exterminandum*: Et p. 515. ⲙⲁⲣⲟⲩϥⲟⲧⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ, *deleantur*: et pag. 456. ϯⲛⲁϥⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ, *delebo*.

[2] ⲡⲧⲏⲩ, *ventus* etc.) Quæ heic e divinis libris allegat Auctor, ac interpretatur, ea quoad sensum pluribus in locis extare

tare ait: nempe Jobi IV. 9, exempli gratia, et alibi; in eo enim capite legimus: *ἀπὸ δὲ πνεύματος ὀργῆς αὐτῆ ἀφανισθήσονται, a spiritu autem iræ eius consumentur (delebuntur)*. Verba vero ipsa, quæ Auctor affert, in Isaia bis leguntur: nam. cap. 41. vers. 16. græcus Int. habet: *ἄνεμος λήψεται αὐτοὺς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτοὺς, Ventus capiet eos, et procella disperget eos*: cap. autem 57. vers. 13: *τούτους γὰρ πάντας ἄνεμος λήψεται, καὶ ἀποίσει καταιγὶς, hos enim omnes ventus capiet, et auferet procella*.

[3] ⲚⲀⲐⲖⲞⲞⲨ). Notandum thebaicum hoc verbum, ⲐⲖⲞ (seu ⲐⲖⲰ) ⲈⲂⲞⲖ, *dispergere, de medio tollere*. Nusquam enim alibi reperire hucusque potui.

[4] Verba Pauli mutuatur ex ep. ad Rom. I. 18, suamque simul interpretationem confirmat.

[5] Quodnam est animal hocce, quod caput modo attollere solet, modo deprimere? Num anas? num anser? At vox ⲈⲖⲀⲬⲒⲤⲦⲞⲚ *minimum* sonat, saltem apud Græcos, non *parvum*. Verum nec omnia Ægypti animantia nobis probe nota sunt, et fieri potest ut ⲈⲖⲀⲬⲒⲤⲦⲞⲚ, etiam quod *exiguum* sit, dixerint Thebæi: noster tamen Auctor epithetum hocce sæpius muscis, culicibus, bruchis applicat in hac homilia.

[6] ⲈⲨⳭⲒⲚ̄ϨⲢⲀⲨ). Quanti laboris, ac molestiæ opus, meisque impar viribus aggressus fuerim quum Fragmenta hæc interpretari institui, identidem sentio: tam pauca enim thebaice scripta in lucem hactenus prodierunt, ut innumerabilia pene sint vocabula nobis ignota, quorum vim expiscari perdifficile, aut nullo modo valeas, si similium aliorum exemplorum copia destituaris. Sed tanto tunc tædio afficior, cum una eademque locutio, aut dictio sæpius occurrit, quin eius vim assequi certo possim, ut suscepti operis me pæne interdum pœniteat. Locutio hæc, ϬⲒⲚ̄ϨⲢⲀ, ϬⲒⲚ̄ϨⲢⲀⲨ, ϬⲒⲚ̄ϨⲢⲀϤ, etc. bis in quinto hoc Fragmento occurrit, semel autem in octavo pag. 280: attamen quid valeat, certo dicere necdum queo. Memphitice ϬⲒϨⲢⲀϤ est, *solicitum ac distractum esse, solicite et anxie curare aliqua*, quumque apud Lucam X. 40. respondeat græco verbo *περισπᾶσθαι, in diversa trahi, esser distratto in varie cose*, verbo etiam, ϬⲒϨⲢⲀϤ, eadem tribui potest significatio: ut ubi Lucas ait, *μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν*, Vulgatus autem vertit, *satagebat circa frequens ministerium*; ibi utriusque sensus sit: *era distratta in molte faccende, e in molti servizj*: quam interpretationem ea confirmant, quæ mox vers. 41. subiungit Dominus: *soli-*

solicita es, et turbaris erga plurima. Thebaica igitur locutio, ЄΥϪΙΝ̄ϨΡΑΥ, videri potest alicui valere, *serio, et solicite agentes*. Non omnibus tamen, quæ dixi, locis hæc congruit interpretatio, ut lectori manifestum erit cum ad ea ventum fuerit. Quod si ad vocis etymon confugias, nihil proficies: in ægyptiaca enim lingua, item ut in aliis, non semper vocabuli notatio, seu derivatio certum est germanæ significationis indicium. Ita ϯϨΟ, si etymon spectes, valet, *vultum dare*; si usum, *precari*: eademque ratione, ϪΙΝ̄ϨΡΑ, si etymon sequi velis, vertes, *vultum accipere*. Sed hoc ad vocis intelligentiam nihil admodum conducit. Vertendum enim videtur aliquo ex his modis: aut *subsannare*, aut *se se oblectare*: *prendersi divertimento*: *far del bordello*: aut *contendere*, aut *decipere*. Vides quam anceps hæream. Utinam cito Voideus, Giorgius, et Adlerus sua illa thebaica fragmenta edant, ut si non omnia, pleraque saltem ex obscuris ignotisque hisce vocabulis, similium inter se locorum comparatione, illustrari possint.

[7] Μ̄ΜΑΝ̄ϢΙΝЄ, *loca in quibus divini*, sive *harioli responsa dant*. Vide Jerem. XIV. 14. pag. 75. huius voluminis. Memphitice quoque ΡЄϤϢΙΝΙ, et ΡЄϤϬΙΝΙ est *hariolus*.

[8] ΝЄΤЄΙΝЄ Μ̄ΜΟΟΥ.) Ambigua locutio: nam thebaicum verbum ЄΙΝЄ valet quum *adducere* (memph. ΙΝΙ), tum *assimilari* (memph. ΙΝΙ, et ΟΝΙ). Primæ significationis exemplum habes superius pag. 37; clarius autem ap. Tuk. pag. 335: alterius cum ibid. pag. 203, tum in hoc ipso Fragmento pagg. 231, et 235. Quin hæc ipsa verba, si solitaria forent, atque a præcedentibus abstracta, vertere liceret: *qui adducunt aquas*. Ac si scriberes, ΝЄΤЄΙ Ν̄ΜΜΟΟΥ, valerent: *qui veniunt cum eis*. Vide quanta sit nonnunquam in ægyptiis scriptis ambiguitas, ibique potissimum ubi verba a verbis intercapedine non secernuntur.

[9] ЄЄΠЄΤЄΙΜΑ). Duplex mendum una in dictione. Scribe, ЄЄΠΙΤΙΜΑ', ut bis Fragm. I. Vide quæ dixi pag. 16. ad Matth. XIX. 13.

[10] Impostorum, cuiusmodi sunt harioli, proprium est multiloquium. Ethnicos generatim ob id ipsum notat Didymus lib. 3. de Trin. cap. 1. pag. 365. sed illorum preces, hymnosque potius, quam consuetudinem quotidianam respicit.

[11] Ν̄ΝЄΚΡΟΥΡ, *ranas*) Memph. ϪΡΟΥΡ, *rana*. Scite Cicero ad Atticum lib. XV. epist. 16: *Pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt*: *ranæ enim* ῥητορεύουσιν. Ægyptios porro,

quum

quum fluvios, fontes, aquas, reptilia tam aquatilia, quam terrestria (teste S. Athanasio) tamquam Deos colerent, ranis etiam cultum aliquem exhibuisse verisimile est. Mirum est quo processerit illorum insania, et superstitio.

[11] ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲧϫⲓⲛ̄ϩⲣⲁⲩ) En rursus locutio illa ad explicandum difficilis, de qua modo Nota *6*.

Pagina V. ⲥⲗ̄ⲁ̄

ⲙⲁⲛ̄ϩⲁⲁⲧⲉ[1] ⲛ̄ⲙ̄
ⲙⲟⲟⲩ.
ⲉⲣⲉ[2] ⲧⲉⲓ̈ϩⲉ[c] ⲣ̄ⲟⲩⲉ̀ⲧⲣⲉ
ⲛ̄ϩⲏⲡⲉ ⲣⲏⲧⲏⲥ
ⲙ̄ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ[3] ⲛ̄ⲣⲙ̄
ⲙⲁⲟ̄ ⲉⲡⲉⲧⲉⲓⲙⲁ[4]
ⲛⲏⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲥⲉϫⲟⲟⲥ
ϫⲉ ⲉⲓⲉ[5] ⲛⲉⲧⲛⲁⲩⲉ̀
ⲃⲟⲗ[6] ⲛⲉⲧⲛⲁϫⲛⲉ̀
ⲛ̄ⲃⲗ̄ⲗⲉⲉⲩ[7] ⲉⲛⲉϩⲓ
ⲟⲟⲩⲉ. ⲏ̄ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ
ⲡⲉⲧⲛⲁϫⲛⲉ ⲡⲕⲁ
ⲕⲉ ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ.
ⲏ̄ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲉⲧ
ⲛⲁϫⲛⲉ ϩⲉⲛ ⲧⲃ̄
ⲛⲟⲟⲩⲉ ⲉⲧⲃⲉ
ϩⲉⲛ ⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ
ⲙⲛ̄ ϩⲉⲛⲡⲉⲑⲏⲡ[8]
ⲛ̄ⲧⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ.[9]
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ̈ ⲁⲧⲉⲓ̈
ⲥⲙⲏ̄ ⲙ̄ⲙⲉ ⲧⲛ̄
ⲧⲛ̄[10] ⲑⲏⲩⲧⲛ̄ ⲉⲛ
ⲧⲃ̄ⲛⲟⲟⲩⲉ ⲛ̄ⲁⲧⲉⲓ
ⲙⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ϣⲱ
ⲡⲉ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ⲉⲓⲛⲉ
÷ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ.
ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲧⲟⲩϫⲱⲙ̄
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲡⲣⲱⲙⲉ[11]
, ⲉϥϩⲛ̄ⲟⲩⲧⲁⲓ̈ⲟ ⲙ̄
, ⲡⲉϥ ⲉⲓⲙⲉ ⲉⲣⲟϥ
, ⲁⲩⲛⲟϫϥ̄[12] ⲙⲛ̄ ⲛ̄
, ⲧ̄ⲃⲛⲟⲟⲩⲉ ⲛⲁⲧⲉⲓ
, ⲙⲉ ⲁϥⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ.
ⲏ̄ⲟⲩⲙⲟⲓ̈ ϩⲉ[13] ⲛ̄ⲛⲁ
ϩⲣⲏⲧⲛ̄ ⲡⲉ. ϫⲉ
ⲛⲉⲧⲫⲟⲣⲉⲓ[14] ⲙ̄
ⲡⲥⲟⲟⲩⲛ̄ ⲙ̄ⲙⲉ[15] ϩⲛ
ⲛⲉⲩⲥⲡⲟⲧⲟⲩ ⲛ̄
ⲑⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ ⲥⲱⲃⲉ
ⲛ̄ⲥⲱⲧⲛ̄. ⲛ̄ⲑⲉ
ⲟⲛ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲙⲟⲕϩ̄ ⲛ̄
ϩⲏⲧ ⲉ̀ϫⲱⲧⲛ̄.
ϫⲉ ⲛ̄ⲇⲁⲓⲙⲱⲛ
ⲥⲱⲃⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄
ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ·
ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄
÷ ⲣ̄ⲁ̄ⲑⲏⲧ.
ⲙⲏ ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲧⲛ̄
ⲙⲛ̄ⲧ ⲡⲉⲧϣⲟⲩ
ⲉⲓⲧⲁⲛ ⲉⲁⲧⲥⲟⲫⲓⲁ[16]
, ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ϯⲛⲁⲥⲱ
, ⲃⲉ[17] ⲛ̄ⲥⲁⲡⲉⲧⲛ̄ⲧⲁ
, ⲕⲟ. ϯⲛⲁⲣⲁϣⲉ
, ⲇⲉ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄[18] ⲉⲣϣⲁⲛ
, ⲡⲧⲁⲕⲟ̄ ⲉⲓⲉⲓ ⲉϫⲱⲧⲛ̄.

ADNOTATIONES.

[1] ⲛ̄ⲙⲁⲛ̄ϩⲁⲁⲧⲉ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ, *loca, in quibus est aquarum decursus*. Memphitice ϧⲁϯ est, *fluere*, *emanatio*, *fluxio*: *lo scorrere*.

[2] ⲉⲣⲉ

[2] ⲉⲣⲉ usque ad ⲉⲣⲏⲧⲏⲥ) Davus sum, non Œdipus. Quartum hunc et quintum versum explicandum relinquo peritioribus. Librarium heic dormitasse non aio, ne inscitiam meam videar excusare velle. Sed quid, malum, est istuc, ⲉⲣⲏⲧⲏⲥ? An ⲉⲣⲏⲧⲟⲛ ⲙ̄ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ, *Dictum* (textum, locum) *Sermonis*, i. e. Scripturæ? Ea sane quæ mox sequuntur, ⲧⲉï ⲥⲙⲏ ⲙ̄ⲙⲉ, *Vox hæc verax*, indicare videntur, Sacram Scripturam paulo superius citatam fuisse. Sed ulterius progredi satius est, quam in his oleum et operam perdere. Interpretemur ergo ut possumus, non ut deberent hæc verti.

[e] ⲉⲣⲉ ⲧⲉïϩⲉ etc.) „ *Simili modo ..... abscondita .... ser-* „ *mon .... divitis* (aut, *divites*) *vos arguunt*, *et inquiunt*: *Qui* „ *ergo cæci non sunt*, *ex cæcis vias sciscitantur*; *aut lux tenebras* „ *de luce interrogat*; *aut ex iumentis homines mysteria*, *et Ab-* „ *scondita Dei percontantur*. *Propterea hæc Veritatis vox cum ir-* „ *rationalibus iumentis*, *quibus similes facti estis*, *vos comparat*, „ *iuxta id quod scriptum est* (Psalm. 48. græcis 49. verss. 13, „ et 21): Homo in honore existens non intellexit: comparatus est cum pecudibus ratione carentibus: assimilatus est il- „ lis. *Aut ... in conspectu vestro* (*apud vos*) *est*: *quod* (*quia*) „ *qui* scientiam veritatis in suis ipsorum labiis ferunt, *sicut* „ *scriptum est* (Prov. XVI. 23.), *vos irrident*, *quemadmodum super* „ *vobis* (*vestrum causa*) *etiam contristantur*, *quia vos dæmones* „ *derident* (*vobis illudunt*) *idque vos ignoratis*, *quia stulti* (*in-* „ *sipientes*) *facti estis*. *Nonne de vestra vanitate dixit Sapientia* „ (Prov. I. 26. iuxta græc. edit.): „ Irridebo vestram perdi- „ tionem: gaudebo autem de vobis, quum perditio veniet su- „ per vos. „ *Hoc enim tempore* „ etc.

[3] An vox ⲗⲟⲅⲟⲥ eo sensu heic adhibetur, quo superius Not. 2. ad pag. 2. dixi accipi vocem ⲡϣⲁϫⲉ? An respicit Auctor quod in Proverbiorum libro legitur XXVIII. 11: σοφὸς παρ' ἑαυτῷ ἀνὴρ πλέσιος, *sapiens apud semetipsum est (sibi videtur) vir sapiens?*

[4] ⲉⲡⲉⲧⲉⲓⲙⲁ) Rursus ad eumdem lapidem offendit librarius, ut ajunt. Scribe etiam heic, ⲉⲡⲓⲧⲓⲙⲁ'.

[5] Particulam, ⲉⲓⲉ, in hunc ipsum modum adhibitam vidimus pag. 19. Matth. XIX. 25.

[6] ⲛⲉⲧⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ, *qui vident*: *qui cæci non sunt*.) Quamvis ⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ *visum recuperare* sæpius denotet, aliquando tamen simpliciter, *videre*, significat, ut Joann. IX. 39. pag. 34. huius voluminis vidimus.

[7] ⲛ̄ⲃⲗ-

[7] ⲚⲂⲖⲖⲈⲈⲨ) *Cæcos* Thebæi pluraliter dicunt et ⲚⲂⲖⲖⲈ, ut vidimus in Matthæi Interprete, et ⲚⲂⲖⲖⲈⲈⲨ: quo modo Memphitæ dicunt etiam ⲂⲈⲖⲖⲈⲨ.

[8] ϨⲈⲚⲠⲈⲐⲎⲠ) Quamvis ⲠⲈⲐⲎⲠ singulare nomen duntaxat videatur, quia est pro ⲠⲈⲦϨⲎⲠ, pluraliter tamen adhiberi vides. Ita mox femininum nomen ⲘⲚⲦⲠⲈⲦϢⲞⲨⲈⲒⲦ inclusam in ventre habet notam masculini generis.

[9] *Abscondita Dei*. Locutio Biblica. *I segreti di Dio*.

[10] ⲦⲚⲦⲚ) Vidimus verbum ⲦⲚⲦⲰⲚ Matth. XX. 1. pag. 19. huius voluminis: mox videbimus pag. 238. ⲦⲞⲚⲦⲚ.

[11] ⲠⲢⲰⲘⲈ, *l' uomo*.) Memphiticus Int. capitulum hocce ita vertit: ⲞⲨⲢⲰⲘⲒ *(un uomo)* ⲈϤϦⲈⲚ ⲞⲨⲦⲀⲒⲞ ⲈϤⲈⲘⲒ Ⲉ-ⲢⲞϤ ⲀⲚ. ⲀϤⲦⲈⲚⲐⲰⲚⲦ ⲈⲚⲒⲦⲈⲂⲚⲰⲞⲨⲒ ⲚⲀⲦⲈⲘⲒ, ⲞⲨⲞϨ ⲀϤ-ⲒⲚⲒ ⲘⲘⲰⲞⲨ. Sic et Græcus: sed hebraicus fons paulo aliter habet tum vers. 13, tum 21: nec enim eodem utrobique modo ibi legitur hæc Psaltis sententia.

[12] ⲀⲨⲚⲞϪϤ etc.) Verbum e verbo: *fu cacciato colle bestie: trà le bestie*. Cur ita verterit thebaicus Interpres, aut noster Auctor, divinare licet. Nimirum græca versio in nostris exemplaribus quidem nunc habet: παρασυνεβλήθη pro παρεβλήθη, *comparatus est*. Sed in codice, qui alterutri præ manibus erat, legebatur forsitan συνεβλήθη, quod verti etiam potest: *coniectus fuit*. Nempe græcum verbum βάλλειν, item ut thebaicum ⲚⲞϪ *iaciendi* significationem habet. Vide superius pag. 46. ad Joann. XI. 32. Quamquam ambiguæ huius radicis tam multæ sunt apud thebæos acceptiones, ut pigeat illas recensere.

[13] En alius scopulus. Quid valeat ⲞⲨⲘⲞⲒϨⲈ, ignoro. Etenim gubernatore, navarcho, acu nautica, poli aspectu identidem destitutus in alto vehor, et nauigo, non in Pado, aut Nilo, si parva licet componere magnis, ac inter seria aliquantisper interdum ludere, ut laborem fallam.

[14] ⲚⲈⲦⲪⲞⲢⲈⲒ) Verbum retinet thebæus Interpres, aut Auctor noster, quod græca libri Proverbiorum Editio habet: ibi enim legitur: ἐπὶ δὲ χείλεσι φορέσει (nempe, ὁ σοφὸς) ἐπιγνωμοσύνην, *In labiis autem feret* (sapiens) *scientiam (prudentiam: cognitionem)*.

[15] ⲘⲘⲈ, *veritatis*) En unum e consuetis additamentis, aut glossema sive ab Auctore nostro, sive a thebæo Interprete adiectum. In sacra enim Scriptura locus heic citatus non habet huiusmodi vocem nec in hebraico fonte, neque in Græca Interpretatione, nec in Vulgata.

[16] ⲥⲟⲫⲓⲁ', *Sapientia*) Proverbiorum librum hoc nomine appellat, quod is unus ex iis sit, quos *Sapientiales* dicimus. Simili modo S. Athanasius in epistola ad Amunem pag. 768. Ecclesiastici librum vocat *Sapientiam Sirachi*, nempe Sirachidæ.

[17] ϯⲛⲁⲥⲱⲃⲉ, *irridebo*) Græca Proverbiorum libri versio habet: *τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι · καταχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος*, *super vestra perditione ridebo, gaudebo autem quum venerit vobis exitium*.

[18] ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄) Hoc de suo addit, explicationis gratia, aut Interpres thebaicus, aut noster Auctor. Non est in hebr. nec in græco, nec in Vulgato: etsi nonnulli locum hunc sacris in concionibus citantes dicere soleant, *subsannabo vos*. Parvi tamen momenti varietas est.

ⲥ̄ⲗ̄ⲃ̄

Pagina VI.

ⲙ̄ⲡⲉⲓ̈ⲟⲩⲟⲉⲓϣ [f] ⲅⲁⲣ [1] ⲡⲉ
ⲧⲛ̄ⲉⲓⲱⲧ ⲛ̄ⲛⲁϣⲧ̄
ϩⲏⲧⲫⲁⲣⲁⲱ̄. ⲛ̄
ⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ϣⲁ̄ⲁⲣ [2]
ⲉ'ⲣⲟϥ' ⲁⲛ' ϩⲛ̄ ⲟⲩⲡⲗⲩ
ⲅⲏ̄ [3] ⲛ̄ϫⲛⲟⲩϥ ⲛ̄ⲃⲣ̄
ⲃⲣ̄ [4] ⲙ̄ⲙⲁⲧⲉ. ⲙⲛ̄
ⲟⲩⲕⲁⲕⲉ. ⲙⲛ̄ⲟⲩⲃⲱ
ⲧⲉ [5] ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲟⲩⲧⲁⲕⲟ̄
ⲁⲩⲱ' ⲉ'ⲁϥⲟⲩⲟϣϥ̄ϥ [6]
ϩⲙ̄ⲡⲁⲗⲙ̄ⲡⲉ [7].
ⲁⲗⲗⲁ ϩⲣⲁⲓ̈ⲟⲛ ϩⲙ̄
ⲡⲉⲕⲣⲟⲩⲣ̂ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲃ
ⲣⲟⲩⲭⲟⲥ [8]. ⲙⲛ̄ ϩⲉⲛ
ⲁϥ̄ ⲛ̄ⲟⲩϩⲟⲟⲣ [9]. ⲙⲛ̄
ϩⲉⲛ ⲥⲕⲛⲟⲫⲟⲥ [10]
ⲛ̄ⲧⲁϥⲑⲙ̄ⲕⲟϥ [11] ⲉ̄
ⲡⲟⲩⲱⲛ̄ϩ ⲉ̄ⲃⲟⲗ
ⲙ̄ⲡⲉϥ ϣⲓⲡⲉ.
ⲏ̄ [12] ⲛⲉ ⲙⲛ̄ϭ̄ⲟⲙ ⲙ̄ⲡϫⲟ̄
ⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ̄ ⲉ̄ⲧⲛ̄
ⲛⲉⲩ [13] ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲉ ⲛϥ̄
ⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̄ⲫⲁⲣⲁⲱ̄
÷ ⲙⲛ̄ⲡⲉϥ ⲙⲏⲏϣⲉ.

ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲁ ⲟⲩⲁⲅⲅⲉ-
ⲗⲟⲥ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ ⲡⲁ
ⲧⲁⲥⲥⲉ [14] ⲉ̄ⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲡⲁ
ⲣⲉⲙⲃⲟⲗⲏ̄ ⲛ̄ⲛⲁⲥ
ⲥⲩⲣⲓⲟⲥ. ⲙ̄ⲙⲛ̄ⲧ
ϣⲙⲏⲛ ⲛ̄ⲧⲃⲁ̄ ⲟⲩ
ϭ̄ⲟⲥ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲟⲩϣⲏ [15]
ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ.
ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲓ̈ ⲣ̄ⲣⲟ ⲛⲧⲉⲓ̈
ⲙⲓⲛⲉ [16] ⲉⲧϣⲟⲩϣⲟⲩ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ϩⲱⲥⲧⲩ
ⲣⲁⲛⲛⲟⲥ ⲁ'ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲁⲁϥ ⲛ̄ϭ̄ⲱ'ⲃ ϩⲛ̄
ϩⲉⲛⲉⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲛ
÷ ⲛ̄ⲍⲱⲟⲛ.
ⲟⲩⲣ̄ⲣⲟ̄ ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲙⲛ̄ⲡⲉⲧⲛⲁϣ
ⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ̄ ⲉ'ⲣⲟⲓ̈.
ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲧⲁⲙⲟϥ ⲉⲧⲉϥ
ⲙⲛ̄ⲧⲁⲧϭ̄ⲟⲙ ϩⲓ
ⲧⲛ̄ϩⲉⲛⲁⲁϥ ⲛ̄ⲟⲩ
ϩⲟⲟⲣ ⲙⲛ̄ ϩⲉⲛ
ⲕⲣⲟⲩⲣ. ⲙⲛ̄ϩⲉⲛ
÷ ⲥⲕⲛⲟⲫⲟⲥ.

ⲟⲩ-

ΟΥΟΝΝΕ [18] ϩΕΝΚΕ
ϩΝΑΑΥ [19] ΝΘΕ ΝΝΕΙ
ϢΟΕΙϢ ΜΠΕϤ
ΕϢϤΙ ϩΑΡΟΟΥ [20].
ΟΥΔΕ ΜΠΕϤ ΑΙϹΘΑ
ΝΕ ΟΝ ΕϹΟΥΝ [21] ΠΝΟΥ
ΤΕ ϩΝ ΝΕΝΤΑϤ
ΔΑΜΑΖΕ ΜΜΟϤ
ΝϩΗΤΟΥ ΤΗΡΟΥ
ΝΘΕ ΝΤΑϤ ΤΡΕΝΪ
ΕΡϢΟΥ ΚΤΟΟΥ

ADNOTATIONES.

[f] ,, *Hoc enim tempore patrem vestrum obdurato corde prædi-*
,, *tum Pharaonem percussit Deus non solum plagâ* ΝϪΝΟΥϤ ΝΒ-
,, ΡΒΡ, *ac tenebrarum, et destructionis, et exitii, eumque gran-*
,, *dine contrivit, sed ipsum insuper, ad manifestandam illius con-*
,, *fusionem (ignominiam), per ranam, per bruchum, per cynomyiam*
,, *(seu muscas caninas), et per sciniphes afflixit. Numquid Ange-*
,, *lum de cælo mittere non poterat Deus, ac Pharaonem una cum*
,, *ipsius populo interficere, quemadmodum unus* Angelus duodevi-
,, ginti myriades ac dimidiam ex Assyriorum castris *una* nocte
,, percussit? *Sed regem hunc, qui tali modo ut tyrannus gloria-*
,, *batur, Dominus per minima animalcula miserum reddidit. Ac ei*
,, *regi, qui aiebat, Nemo est qui resistere possit mihi, Dominus*
,, *Deus imbecillitatem eius per muscas caninas, et ranas, et cini-*
,, *phes notam fecit. Aliqua etiam vasa sunt instar horum vaporum,*
,, *quos tollere non poterat *, neque insuper ea sentiebat ad cogno-*
,, *scendum Deum in iis omnibus, quibus illum domuit, sicut flu-*
,, *mina in sanguinem convertit. Nunc ergo* ,, etc.

[1] ΜΠΕΪΟΥΟΕΙϢ ΓΑΡ, *nam hoc tempore.*) Quonam tempore? Non alio, ni fallor, nisi illo quo *venit perditio* super Pharaonem, ut proxime superius locutus est Auctor.

[2] ϢΑΑΡ, *percutere*. Memphitice, ϢΑΡΙ.

[3] Scribe, ΠΛΗΓΗ'.

[4] ΝϪΝΟΥϤ ΝΒΡΒΡ) Pudet me duo hæc verba probe non intelligentem, etsi de rebus heic sermonem habeat Auctor, quibus nihil notius. Apud Memphitas ϬΝΕ valet *subdere*: ΑΤϬΝΕ, *sine*: ΑΤϬΝΟΥϤ, *sine illo*. Verba vero memphitica ΒΕΡΒΩΡ, et ΒΟΡΒΕΡ, et ΒΕΡΒΕΡ ambigua sunt, ac duplicem habent significationem, ut videbis in Lacrozio, et apud Ezechielem XLVII. 9. Pontifical. part. 2. pag. 259, et 294. Cetera expedient peritiores. Illud tantum addo, verbum ΒΕΡΒΩΡ a Memphitico Interprete ibi usurpari, ubi de Pharaonis submersione sermo est. Ita Exod. XV. 1. in Cantico Moysis legimus: ΑϤ-

ⲂⲈⲢⲂⲰⲢⲞⲨ ⲈϦⲢⲎⲒ ⲈⲪⲒⲞⲘ, *proiecit eos in mare*: et Psalm. 135. vers. 15: ⲀϤⲂⲞⲢⲂⲈⲢ, *excussit (Pharaonem in mare)*.

[5] ⲞⲨⲂⲰⲦⲈ ⲈⲂⲞⲖ, *destructio*. Memph. ϤⲰⲦ ⲈⲂⲞⲖ. Nimirum Auctor noster, aut potius librarius literam Ⲃ posuit pro Ϥ.

[6] De verbo ⲞⲨⲰϢϤ, et ⲞⲨⲞϢϤ, satis dixi pag. 67.

[7] Apud Tukium pag. 22. dicitur ⲦⲀⲖⲚⲦⲠⲈ, *grando*: Sed apud eumdem pag. 25. ex Psalmo 77. vers. 47. affertur ⲠⲀⲖⲘⲠⲈ, ut heic. Ac sane Memphitæ ipsi dicunt ⲠⲒ ⲀⲖⲘⲪⲈ.

[8] ⲠⲈⲂⲢⲞⲨⲬⲞⲤ, *bruchus*) In Exodo, ubi ea describuntur, quæ attingit Auctor, non extat vox βρῦχος, sed tantummodo ἀκρὶς, *locusta*. Respicit ergo Psalm. 104. vers. 34: εἶπε καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος, *dixit, et venit locusta, et bruchus*. (Memph. ⲚϪⲈ ⲞⲨϢϪⲈ ⲚⲈⲘ ⲞⲨⲂⲢⲞⲨⲬⲞⲤ).

[9] ⲞⲨϨⲞⲞⲢ) Paulo ante dixit, ⲞⲨϨⲞⲢ, quod Memphiticum etiam est.

[10] ϨⲈⲚ ⲤⲔⲚⲞⲪⲞⲤ, *sciniphes*, aut *pediculi*) Græcam vocem, σκνίφες, vel, σκνίπες, heic deformatam vides. Thebæorum forsitan usus, penes quem, ut ille ait, ius est, et norma loquendi, dictionem hanc ⲤⲔⲚⲞⲪⲞⲤ thebaicam reddiderat, aut thebaicus Bibliorum Interpres ea usus fuerat: in huiusmodi autem rebus malim et ipse errare cum plerisque, aut omnibus, quam sapere cum paucis. At si consuetudinem prætexere non poterat Auctor Homiliæ, aut Memphitico nomine ⲖⲈϨⲖⲈⲘ, seu ⲖϨⲖⲘ uti debebat, aut ϨⲈⲚⲤⲔⲚⲒⲮ dicere, vel saltem ϨⲈⲚ ⲤⲔⲚⲒⲪⲈⲤ.

[11] ⲀϤⲐⲘⲔⲞϤ) Vide pag. 77. superius ad Jerem. XIV. 19, et apud Tukium pag. 613.

[12] Particulam, Ⲏ, valere interdum, *numquid*, ut heic interpretor, vidimus pag. 21. Matth. XX. 15.

[13] Verbum ⲦⲚⲚⲈⲨ, *mittere*, occurret etiam Fragm. XIII. col. 1. Apud Tukium vero pag. 243, et 318. ⲦⲚⲚⲞⲞⲨ, *mittere*: unde superius pag. 47. Joann. XI. 42. ⲀⲔⲦⲚⲚⲞⲞⲨⲦ, *misisti me*.

[14] Ex lib. 4. Reg. XIX. 35: ubi græca Editio habet: νυκτὸς... ἄγγελος κυρίου... ἐπάταξεν ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀσσυρίων ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας, *noctu... angelus Domini percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia*. Eadem fere verba in Isaia XXXVII. 36. leguntur, quæ thebaice Tukius affert p. 451. Hanc vide. Mox scribe, ⲚⲚⲀⲤⲤⲨⲢⲒⲞⲤ.

[15] ⲞⲨϢⲎ, *nox*, et cum articulo per crasim, ⲦⲈⲨϢⲎ.

Pri-

Primum vocabulum est apud Tukium pagg. 274, et 456: alterum in Actis S. Coluthi pag. 93, et 95.

[16] Adde lineolam a librario omissam, et scribe ⲚⲦⲈÏⲘⲒⲚⲈ, ut recte exaravit Fragmenti I. exscriptor pag. 16. huius voluminis.

[17] ⲢⲢⲞ') Modo scripsit sine accentu, nunc eum superscribit: tanta est quoad hæc in librariis aut varietas, aut negligentia, ut certam ac fixam scribendi rationem statuere vix queas.

[18] Inter ⲞⲨⲞⲚⲚⲈ et ϨⲈⲚ spatium intercedit, in quo una videtur fuisse litera exarata, cuius aliqua supersunt vestigia, ex gr. Ⲛ̄, sed utrum consulto, an casu deleta fuerit, me latet.

[19] An aliqua heic omisit librarius? Equidem hæcce cum superioribus quomodo iungi queant non video, neque integram hinc, et congruam elicere valeo sententiam. Singula verba sic interpretatus sum, ut sonant: sed nihil sonant, aut parum, si locus est mutilus. Auctoris mens huiusmodi, opinor, fuit: sicut nonnulla sunt vasa testæ, de qua Horatius, odorem diu servanti dissimilia, quæ vaporibus odoribusque non imbuuntur, ita Pharao ex prodigiis a Moyse patratis veri Dei cognitione potitus non fuit.

[20] Apud Memphitas quoque verbum ϥⲁⲓ, quod thebaicum etiam esse vidimus pag. 37, construitur cum ϧⲁ, ut heic, et Matth. XIX. 11. pag. 13. verbum ϥⲓ, quod eiusdem ferme significationis est.

[21] ⲤⲞⲨⲚ̄ (addenda enim est lineola, quam librarius omisit hoc in loco, non vero mox pag. 234.) respondet memphitico verbo ⲤⲞⲨⲈⲚ, *cognoscere*. Videbimus rursus Fragm. XII. p. 165.

Pagina VII.

ⲥ̄ⲗ̄ⲅ̄

÷ ⲉⲩⲥⲛⲟϥ.
ⲧⲉⲛⲟⲩ [8] ϭⲉ ⲉ'ⲣⲉⲡⲗⲟ'
ⲅⲟⲥ' ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ'
ϫⲡⲓⲟ̄ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄
ϩⲛ̄ ⲛ̄ϣⲁϫⲉ ⲛ̄ⲛⲉ'
ⲅⲣⲁⲫⲏ - ϫⲉ ⲡⲁ
, ⲛⲟⲩⲧⲉ' ⲕⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲑⲉ
, ⲛ̄ⲟⲩⲧⲣⲟⲭⲟⲥ̄ -
, ⲁⲩⲱ' ⲛ̄ⲑⲉ' ⲛ̄ⲟⲩⲣⲟⲟⲩⲉ' [1]
, ⲙ̄ⲡⲙ̄ⲧⲟ̄ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄
, ⲡⲧⲏⲩ · ⲛ̄ⲑⲉ'
, ⲛ̄ⲟⲩⲕⲱϩⲧ̄ ⲉ̄ϣⲁϥ
, ⲣⲱⲕϩ̄ ⲛ̄ⲟⲩ ⲙⲁ
, ⲛ̄ϣⲏⲛ̄ . ⲁⲩⲱ
, ⲛ̄ⲑⲉ' ⲛ̄ⲟⲩϣⲁϩ ⲉϥ
, ⲣⲱⲕϩ̄ ⲛ̄ϩⲉⲛⲧⲟⲟⲩ
, ⲉ'ⲕⲉ' ⲡⲱ̄ⲧ ⲛ̄ⲥⲱ̄ⲟⲩ
, ⲛ̄ⲧⲉⲓ'ϩⲉ' ϩⲛ̄ ⲧⲉ'ⲕ
, ϩⲁⲧⲏⲩ - ⲁⲩⲱ̄
, ⲉ'ⲕⲉ' ϣⲧⲣ̄ⲧⲱⲣⲟⲩ
, ϩⲛ̄ⲧⲉⲕⲟⲣⲅⲏ' ⲙⲉϩ
, ⲛⲉⲩϩⲟ ⲛ̄ⲥⲱϣ [2].

ⲙⲁ-

ⲙⲁⲣⲟⲩ ϫⲓ ϣⲓⲡⲉ
, ⲛ̄ⲥⲉϣⲧⲟⲣⲧⲣ̄
, ϣⲁⲉⲛⲉϩ ⲛⲉ
, ⲛⲉϩ · ⲙⲁⲣⲟⲩⲱ
, ⲗ̄ⲥ̄ ⲛ̄ⲥⲉⲧⲁⲕⲟ̄.
, ⲁⲩⲱ ⲙⲁⲣⲟⲩ ⲉⲓ
, ⲙⲉ ϫⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ
, ⲡⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ.
ⲁⲩⲱ ⲛ̄ϥϯϣⲓⲡⲉ ⲇⲉ
ⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲙⲛ̄ⲧ
ⲁⲑⲏⲧ ϩⲛ̄ ϩⲉⲛⲍⲱ̄
÷ ⲟⲛ̄ ⲛ̄ⲉ'ⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲛ.
ⲙⲁⲗⲓⲥⲧⲁ̄. ϫⲉ' ⲉ'ⲧⲉ'
ⲧⲛ̄ ⲧⲙ̄ⲥⲁ̄ϩⲱ̄ⲧⲛ̄
ⲉ'ⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲛⲉ' ϩⲃⲏ̄ⲩⲉ'[3]
ⲛ̄ⲛ̄ⲇⲁⲓⲙⲱⲛⲓⲟⲛ[4]
ⲛⲁϣⲛ̄ϩⲉ' ⲉ'ⲧⲉ
ⲧⲛⲁⲣ̄ⲃⲟⲗ ⲉ'ⲡⲉⲛ
ⲧⲁⲩϫⲟⲟϥ̄ ϫⲉ' ⲙⲁⲣⲟⲩ
ⲃⲱ'ⲕ ⲉ'ⲡⲉⲥⲏ'ⲧ ⲉ'
ⲁ̄ⲙⲛ̄ⲧⲉ' ⲉⲩⲟⲛϩ̄.
ⲕⲟⲩⲱϣ ⲉ'ⲇⲟⲕⲓⲙⲁ
ⲍⲉ ⲙ̄ⲡⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̄
ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲛ̄ⲛ̄ⲃⲁⲗ
ⲛ̄ⲛ̄ϩⲉⲗⲗⲏⲛ · ⲙⲛ̄
ⲛ̄ϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓ'ⲕⲟⲥ.
ϯϩⲧⲏⲕ ⲉ'ⲡⲟⲩⲟ̄ⲉⲓ'ⲛ
ⲛ̄ⲛ̄ⲃⲁⲗ ⲛ̄ⲧϭⲓⲛ
ϭⲗⲱ[5]. ⲙⲛ̄ ⲡⲛⲓⲕ
ⲧⲓ'ⲕⲟ̂ⲣ̄ⲍ̄[6].
ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲛⲓ'ⲕⲟⲟⲩⲉ'[7]
ⲟⲛ ⲥⲉⲥⲟⲧⲡ̄ ⲉ'
ⲣⲟⲟⲩ. ϫⲉ ⲛ̄ⲥⲉⲡⲗⲁ
ⲛⲁⲁⲛ ϩⲛ̄ ⲛⲁ
ⲧⲉⲩⲫⲩⲥⲓⲥ ⲛ̄ⲧⲉ
ⲧⲛ̄ϩⲉ.[8] ⲉ'
ⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲁⲛⲧⲓ'[9]
ⲧⲣⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ⲣ̄ⲣⲙ̄[10]

ADNOTATIONES.

[g] „ *Nunc ergo Verbum Dei hisce Scripturæ verbis* (Psalm. 82. „ vers. 14, et seqq.) *vos arguit*: Deus meus, pone illos ut „ rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis com„ burens silvam, et sicut flamma comburens montes: sic per„ sequêris illos in tua procella, et conturbabis eos in tua in„ dignatione. Imple facies eorum ignominia. Erubescant, et „ conturbentur usque in seculum seculi: pudore afficiantur, „ et pereant: et cognoscant, quod nomen tuum est, Domi„ nus. *Sed vestram quoque stultitiam per minima animalcula con„ fundit, præsertim quia dæmoniorum opera palam in vobis non re„ darguitis; qua ratione effugeretis illud quod scriptum est* (Psalm. „ 54. vers. 16): Descendant in infernum viventes. *Vis ne co„ gnitionem, ac lucem probare (explorare), qua Græcorum* (ethni„ corum), *et Hæreticorum oculi afficiuntur? Animum adverte ad „ lumen oculorum, quibus noctua *, et nycticorax (corvus noctur„ nus) præditi sunt. Aliqui enim ipsis meliores sunt, quia eos qui„ buscum communem habent naturam, non seducunt, ut vos faci„ tis: etenim pro Dei cultoribus atheos (Deo carentes) efficitis* (vel, „ *pro eo quod Dei cultores sitis, athei (Deum non agnoscentes) estis. „ Huiusmodi homines* „ etc. [1] PO-

[1] ⲢⲞⲞⲨⲈ̀, *stipula)* Memphitice, ⲢⲰⲞⲨⲒ.

[2] Ⲛ̄ⲤⲰϢ) Psaltes heic addit: *et quærent nomen tuum, Domine*. Quæ verba non ab Auctore omissa videntur, sed a librario: nam et opportuna heic sunt, et in hebraico fonte, atque in græca, ac Vulgata, et Hieronymi versione reperiuntur.

[3] ⲚⲈ̀ ϨⲂⲎⲨⲈ̀) Cur tres accentus superscripserit librarius, aut duos accentus et lineolam, me fugit. Sed initio iam monui eum in his nimium esse.

[4] Scribe, Ⲛ̄Ⲛ̄ⲆⲀⲒⲘⲞⲚⲒⲞⲚ.

[5] Quænam proprie avis nomine, ⲦϬⲒⲚϬⲖⲰ̀, designetur, docebunt peritiores. E nocturnis una sine dubio est, ut vespertilio, noctua, etc.

[6] ⲠⲚⲨⲔⲦⲒⲔⲞⲢⲀⲜ̀) Multa heic peccat librarius, ut vidisti: ita enim vocem meo more superius exhibui, ut scripta est in membrana, sine ⲁ.

[7] Ita in codice scriptum est.

[8] Ne suspiceris aliquid heic deesse. Ideo enim tam pauca hoc in versu exarata sunt, quod membrana hoc in loco nimis pellucida, neque ad excipiendum atramentum apta sit. Quod de aliis ita brevibus versibus dictum puta.

[9] Particulam græcam *ἀντὶ*, *invece di...*, *pro*, ab ægyptiis adoptatam non memini me alibi invenisse.

[10] Quod in græco Textu Joann. IX. 31. legitur, *θεοσεβής*, *Deum colens*, id pag. 33. huius voluminis thebaice vertitur, ⲢⲘ̄Ⲛ̄ⲚⲞⲨⲦⲈ. Videtur autem dici ⲞⲨⲢⲘ̄Ⲛ̄ⲚⲞⲨⲦⲈ quasi ⲞⲨⲢⲰⲘⲈ̀ Ⲛ̄ⲚⲞⲨⲦⲈ, *vir Dei, un uomo di Dio:* quo titulo ab ægyptiis S. Antonius Abbas adhuc vivens decorabatur.

ⲤⲖⲀ̄

Pagina VIII.

Ⲛ̄ⲚⲞⲨⲦⲈ . ⲀⲦⲈ
÷ ⲦⲚ Ⲣ̄ⲀⲦⲚⲞⲨⲦⲈ.
ϨⲈⲚⲢⲰⲘⲈ Ⲛ̄ⲦⲈⲒ
ϨⲈ̀ ⲈⲨⲘⲈϨ Ⲙ̄ⲘⲚ̄Ⲧ
ϢⲞⲨϢⲞ̄ . ⲈⲨ
ⲘⲈⲈⲨⲈ̄ Ⲉ̄ⲢⲞⲞⲨ ϪⲈ
ⲀⲚⲞⲚ ϨⲈⲚⲤⲞⲪⲞⲤ
ⲠⲀⲢⲀϨⲀϨ . Ⲛ̄
ⲤⲈ̀ⲚⲀϢϨⲰⲠⲀⲚ
ⲦⲈⲚⲞⲨ Ⲙ̄ⲠⲈⲨ
ⲤⲰϢ · ⲘⲚ̄ⲠⲈⲨ

÷ ϢⲒⲠⲈ.
ϨⲘ̄ⲠⲦⲢⲈ ⲠⲖⲞⲄⲞⲤ
Ⲙ̄ⲘⲈ̀ ⲞⲨⲞⲚϨⲞⲨ
ⲈⲂⲞⲖ Ⲛ̄ⲦⲈⲒ̈ϨⲈ̀ ⲈⲨⲞ̄
÷ Ⲛ̄ⲀⲦϢⲀⲨ.
ⲔⲞⲨⲰϢ Ⲉ̀ⲤⲞⲨⲚ̄
ⲠϨⲎⲦ Ⲛ̄ ⲞⲨⲞⲚ
ⲚⲒⲘ Ⲉ̀ⲦⲞ̄ Ⲛ̄ⲀⲠⲒⲤ
÷ ⲦⲞⲤ.
ⲠⲈϪⲈ ⲠⲈⲦⲞⲨⲰ
Ⲛ̄Ϩ ⲈⲂⲞⲖ Ⲛ̄ ⲦⲘⲚ̄Ⲧ

ϬⲀⲒ̈

ϭⲁⲓⲉ̀ [1] ⲧⲏⲣⲥ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲩ
ⲯⲩ̄ⲭⲏ̀ . ϫⲉ ⲉⲩ
ⲙⲉϩ ⲙ̄ⲡⲛⲉⲩⲙⲁ
ⲛ̄ⲁⲕⲁⲑⲁⲣⲧⲟⲛ [2].
ϯϩⲧⲏⲕ ⲉⲛ
ⲃⲏ̀ⲃ ⲛ̄
ϩⲟⲓ̈ⲧⲉ [3]. ⲙⲛ̄
ⲛⲁⲛⲕⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲑⲉ̀ ⲉ̀
ⲧⲟⲩⲙⲉϩ ⲛ̄ⲕⲉⲉⲥ̄ [4]
ⲙ̄ⲙⲓ̀ⲛⲉ̀ ⲙⲓⲛⲉ̀.
ⲕⲟⲩⲱϣ ϩⲱⲱϥ
ⲉⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲡϩⲏⲧ
ⲛ̄ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ
ⲉⲧⲙⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
÷ ⲉⲧⲣⲉⲕ ⲥⲟⲩⲱ̄ⲛⲟⲩ.
ⲡⲉϫⲉ ⲡⲉⲧⲟⲩⲱ̄
ⲛϩ̄ ⲉ̄ⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧ
ⲥⲁⲓ̈ⲉ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲯⲩ̄ⲭⲏ̄
ϫⲉ ⲉⲩⲙⲉϩ ⲙ̄
ⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉϥⲟⲩⲁⲁⲃ̄ [5]
ϩⲛ̄ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ
ⲛ̄ⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲓ̀
ⲛⲉ ⲙⲓⲛⲉ.
ϯϩⲧⲏ̄ⲕ ⲉⲛⲟⲩⲱϣ
ⲛ̄ⲙ̄ⲡⲉⲧⲣⲁ̄ [6] ⲉⲧ
ⲙⲉϩ ⲛ̄ϭⲣⲟⲟⲙ
ⲡⲉ . ⲙⲛ̄ ⲙⲁ
ⲛⲓⲙ ⲉ̄ⲧⲟⲩⲏ̀ϩ [7] ⲛ̄
÷ ϩⲏⲧⲟⲩ.
ⲛⲟⲩⲱϣ ⲛ̄ⲧⲡⲉ
ⲣⲁ̄ [8] ⲟⲩⲁ̄ ⲛ̄ⲟⲩ
ϣⲱⲧ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲥ ⲛⲉ

ADNOTATIONES.

[h] „ *Huiusmodi homines iactantia pleni, qui intra semetipsos* „ *reputando inquiunt: Nos sapientes sumus, ac multitudini doctri-* „ *nâ antecellimus: suum ipsorum dedecus, suamque ignominiam* „ *nunc occultare non poterunt, quum illos Verbum veritatis (verax)* „ *hac ratione inutiles declaret ac reprobos. Vis ne cor eorum om-* „ *nium cognoscere qui Infideles sint? Ille qui omnem ipsorum ani-* „ *mæ turpitudinem manifestat, te docebit: ait enim ipsos spiritu* „ *immundo plenos esse. Observa mælis (taxi), aliarumque ferarum* „ *omnium cavernas ac latibula quomodo ossibus (seu cadaveribus)* „ *varii generis plena sint. Vis ne eorum etiam omnium cor vide-* „ *re, qui Deum diligunt, ut eos agnoscas? Ille qui omnem ipso-* „ *rum animæ pulcritudinem ornatumque manifestat, te docebit: ait* „ *enim, illos Spiritu Sancto plenos esse in omni opere bono hac* „ *vel illa ratione. Inspice animumque adverte ad petrarum (ru-* „ *pium) foramina columbarum plena, aliave loca omnia, in qui-* „ *bus ipsæ degant. Petræ foramina unum idemque columbis, earum-* „ *que pullis habitaculum sunt, nec ab ipsa petra unquam separan-* „ *tur. Fidelium itidem corda* „ etc.

[1] Paulo post τῇ ⲙⲛ̄ⲧϭ̄ⲁⲓⲉ̀ τὴν ⲙⲛ̄ⲧⲥⲁⲓ̈ⲉ̀ opponit. Itaque quum hæc sit *pulcritudo*, consequens est, ut illa sit *deformitas*. Ac Memphitice reipsa ϫⲁⲓⲱⲟⲩ *turpis* dicitur.

[2] Marc.

[2] Marc. I. 23, et alibi.

[3] ϩⲟⲓ̈ⲧⲉ) Animal quod a Memphitis nuncupatur ϩⲱⲓϯ, idest melis, aut, quod idem esse a plerisque creditur, taxus. Qui ægyptiorum animalium historiam callent, certiora tradent.

[4] Quæ argumento mihi fuerunt ut ⲕⲉⲉⲥ' sine hæsitatione vertendum statuerem, *os*, *ossis*, aut, *cadaver*, huiusmodi sunt. Apud Thebæos ⲕⲁⲓⲥⲉ est *sepultura*, ut vidimus pag. 52. ad Joann. XII. 7. Fragmento autem VII. pag. 268. ⲕⲱⲱⲥ valet *sepelire*: ac demum Fragm. X. pag. 96. ⲁϥⲣ̄ⲕⲱⲱⲥ significat: *è divenuto un cadavere*. Memphitice autem ⲕⲉⲥ, et ⲕⲟⲥ, et ⲕⲱⲥ *sepultura* est, et *sepelire*: ⲕⲁⲥ vero est, *os*, *ossis*. Singularum interpretationum, quum in nova incidimus vocabula, rationem reddere cogor, quia nulla hisce in studiis, in quæ paucis ab hinc mensibus incumbere cœpi, auctoritate polleo.

[5] Act. VI. 3. et alibi.

[6] Tacite respicit illud Cantic. II. 14: *Columba mea in foraminibus petræ*.

[7] Memphitice ⲟⲩⲱϩ, et ⲟⲩⲟϩ: thebaice autem ⲟⲩⲏϩ (apud Tuk. pagg. 158, et 540), et ⲟⲩⲱϩ (mox pag. 240, atque ap. Tuk. pagg. 89, et 485) sæpe valent *habitare*. Quod autem ap. Tuk. pag. 200. legitur, ⲟⲩⲱⲱϩ, mendum est typothetæ; legendum enim ibi, ⲟⲩⲱⲛϩ. Verbi porro ⲟⲩⲏϩ altera significatio, quam vidimus pag. 37. Matth. XXI. 9, huc minime pertinet.

[8] ⲛ̄ⲧⲡⲉⲣⲁ') Mendum librarii manifestum. Scribe, ⲛ̄ⲧⲡⲉⲧⲣⲁ', *petræ*, *saxi*, *rupis*.

ⲥ̄ⲗ̄ⲉ̄

Pagina IX.

ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲥⲉⲡⲟⲣ̄ϫ
÷ ⲁⲛ ⲉ̄ⲣⲟⲥ.
ⲛϩⲏⲧ[1] ⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲓⲥⲧⲟⲥ
ⲛⲁⲙⲉ[1] ⲟⲩⲁ̄ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲱⲧⲛⲉ ⲙⲛ̄ ⲡϫⲟ'
ⲉⲓⲥ ⲓ̄ⲥ̄ . ⲧⲡⲉⲧⲣⲁ̄
ⲉⲧϣⲟⲩⲉ̄ ⲉ'ⲃⲓⲱ̄
ⲉ'ⲃⲟⲗ . ⲧⲡⲉⲧⲣⲁ
ⲅⲁⲣ ⲛ̄ⲉ̀[2] ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲉ·
÷ ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲥⲉ ⲡⲟⲣϫ'
ⲁⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ.
ϥϫⲱ'[3] ⲅⲁⲣ ⲙ̄ⲙⲟⲥ

ϫⲉ ⲁϥⲧⲣⲉⲩⲟⲩ
ⲱⲙ ⲛ̄ⲟⲩⲉ̀ⲃⲓⲱ'
ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲛ̄ ⲟⲩⲡⲉⲧ
ⲣⲁ̄ . ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲛⲉϩ
÷ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ ⲟⲩⲡⲉⲧ
ⲣⲁ ⲛ̄ⲥⲓⲃⲧ̄[4].
ⲁϣϭⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲃⲓⲱ'
ⲛ̄ⲥⲁⲡϣⲁϫⲉ
ⲙⲛ̄ ⲧⲉⲥⲃⲱ' ⲛ̄ⲛⲉ̀
ⲅⲣⲁⲫⲏ̄.
ⲛⲓⲙ ⲇⲉ ⲡⲉⲧⲣⲁ
ⲛ̄ⲥⲁ ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ ⲡⲛⲟⲩ

ⲧⲉ[5]. ⲟⲩⲡⲉ
ⲡⲛⲉϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲛ̄ ⲟⲩ
ⲡⲉⲧⲣⲁ̄ ⲛ̄ⲥⲓⲃⲧ̀.
ⲉⲓⲙⲛ̄ⲧⲉⲓ ⲉ̀ⲧⲉ
ⲭⲁⲣⲓⲥ[6] ⲛ̄ⲧⲁ[7] ⲛⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲓ
ⲁⲛⲟⲥ ⲟⲩϫⲁⲓ̈ ⲛ̄ϩⲏ
÷ ⲧⲥ̄.
ⲡⲙⲟⲟⲩ ⲉⲩϣⲁⲛ
ⲧⲁϩϥ̄[8] ⲙⲛ̄ ⲡⲏⲣⲡ̄
ϣⲁϥⲣ̀ ⲟⲩⲁ̄ ⲛ̄ ⲟⲩ
÷ ⲱⲧ̄.
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ
ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉϥ
ϣⲁⲛ ⲙⲉⲧⲉⲭⲉ
ⲉⲡⲉ ⲡⲛⲁ ⲉ̀ⲧⲟⲩ
ⲁⲁⲃ ϣⲁϥⲣ̄ ⲟⲩⲁ̄ ⲛ̄ⲟⲩ
÷ ⲱⲧ ⲛ̄ⲙⲙⲁϥ:—

ⲛⲓⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ̈[9] ⲉⲧⲉⲣⲉ
ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ϩⲛ̄
ⲥⲟ̄ⲗⲟⲙⲱ̀ⲛ[10] ϫⲱ̀
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϫⲉ
ⲧⲁϣⲃⲉⲉⲣⲉ[11]. ⲧⲁ
ϭⲣⲟⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧⲛⲉ
ⲥⲱⲥ. ⲉⲓ̀ⲙⲛ̄ⲧⲉⲓ̈
ⲧⲉⲕⲕⲗⲏ̄ⲥⲓⲁ̄
ⲉⲧϫⲡⲟ̄ ⲛ̄ⲛⲉⲥ
ϣⲏⲣⲉ ⲛ̄ⲭⲣⲓⲥⲧⲓ
ⲁⲛⲟⲥ ⲉⲩⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄
÷ ⲙⲟⲥ[12].
ⲛⲧⲟⲥ ⲟⲛ ⲧⲉⲧⲟⲩϫⲱ̀
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϫⲉ
ⲧⲁϣⲃⲉⲉⲣⲉ ⲧⲁ̄
ϭⲣⲟⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧϫⲏⲕ[13]

ADNOTATIONES.

[1] ⲛ̄ϩⲏⲧ etc.) „ *Fidelium itidem corda unum idemque sunt* „ *cum Domino JESU*, *qui petra est*, *mel effundens*: Petra *enim* „ erat Christus (ex 1. ad Cor. X. 4.), *atque ab illo non separantur*. *Ait enim* (Scriptura): „ Cibavit eos melle ex petra, „ et oleo ex petra rupis „. *Jam vero quidnam est* Mel, *nisi* „ *Scripturarum Sermo*, *et Doctrina? Quænam vero est* Petra, *nisi Christus Deus? Quidnam est* Oleum ex Petra rupis, *nisi ea* „ *gratia*, *in qua* (*per quam*) *Christiani salvantur? Aqua si cum* „ *vino misceatur*, *unum cum ipso fit*: *itidemque homo Dei et ipse*, „ *si Spiritus Sancti particeps fiat*, *unum cum ipso fit*. *Quænam* „ *ista est*, *cui is qui in Solomone loquitur*, *dicit* (Cantic. II. 10): „ Amica mea (*vel*, proxima mea), columba mea, formosa, „ *nisi Ecclesia quæ suos filios Christianos generat sibi similes? Ipsa* „ *etiam est*, *cui dicitur* (Cant. V. 2): Amica mea, columba mea, „ perfecta: Una est „ etc.

[1] ⲛⲁⲙⲉ̀, *veramente*) Thebaicum hoc adverbium in Fragmento proxime superiore, et proxime sequenti rectius, ut videtur, scriptum est cum accentu, qui heic omittitur. Illud apud Tukium quoque invenies pag. 554.

[2] ⲛⲉ̀, *erat*) E duabus lineolis una saltem inducenda est: altera accentui famulari potest.

[3] ϥϫⲱ̀,

[3] ϥⲭⲱ', *ait*) Quoniam ægyptii græcam ut plurimum, Alexandrinamve Sacrorum Librorum Interpretationem præ oculis habent, quum aut eos ægyptiace convertunt, aut commata ex iis mutuantur, allegantque, ut sæpissime iam experti sumus; videamus quomodo capitulum hocce græca in Editione se habeat. In Deuteron. quidem XXXII. 13. legimus: ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας, i. e. *suxerunt mel ex petra, et oleum ex solida* (*prædura*) *petra*. Psalmo autem lxxx. vers. 17: ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ, καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτοὺς, *cibavit* (*buccellis pavit*) *eos ex adipe frumenti, et ex petra saturavit eos*. Auctor ergo noster non de scripto forsitan citans, sed memoriter, e duobus capitulis tertium cudit, Deuteronomii tamen locum potissimum respiciens.

[4] Thebaicum nomen ⲥⲓⲃⲧ̄, quatenus *collem* denotat apud Tukium habes pag. 381. Parum absimile est nomen ⲥⲟⲃⲧ̄, *maceria, murus*, quod mox occurret.

[5] *Quanam est petra, nisi Christus?*) De Scripturæ Textibus, in quibus *Petra*, *Lapis*, etc. dicitur Christus, non est huius loci disserere. Illud tamen libet animadvertere, sexagesimum Psalmum a Sanctis Patribus Augustino, Hieronymo, aliisque de Christiana Ecclesia exponi: ac revera si eum sic accipiamus, ut Deum non Psaltes ibi, sed Ecclesia alloquatur, optime omnia quadrabunt. Porro ibidem, omissis ceteris, hæc legimus memphitice: ⲁⲕϭⲁⲥⲧ ϩⲓϫⲉⲛ ⲟⲩ ⲡⲉⲧⲣⲁ, ⲁⲕϭⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛⲏⲓ, *exaltasti me in Petra, dux viæ mihi fuisti*. Petram heic dici Christum Dominum consentiunt quos dixi Patres. Verum ille ipse Christus, qui Ecclesiæ Petra est, ac Lapis angularis, ille ipse, inquam, Petrum Apostolorum Principem Petram et nominari, et esse voluit, super qua Ecclesiam ædificaret. Qui ergo a Petra Petro se se disiungunt, cum Petra Christo iuncti esse nequeunt, neque ad ædificium a Christo super hac Petra erectum pertinere: quæ *domus Dei* est, ut Paulus loquitur.

[6] ⲛ̄ⲧⲁ) Hoc omiserat librarius: sed addidit postea supra vocem ⲭⲁⲣⲓⲥ, literis minoribus.

[7] ⲭⲁⲣⲓⲥ, *Gratia*) Hæc illa est quam enixe omnes a Deo petimus. De hacce quæcunque Fides docet, ac Romana Ecclesia, Ecclesiarum omnium Suprema, et Magistra, Fide credendum definit, firmiter credimus. Sed sapientem quemlibet virum ab iis plane alienum remur, qui suas de divina Gratia opiniones non modo tuentur (quod modeste, atque illæsa, quod caput est, charitate, ac sine malevolentia nemini facere non licet),

sed mordicus rabidorum instar canum pro illis pugnant, ac se se invicem insectantur, proscindunt, lacerant, dum digladiantur, publiceque ita scribunt, ut privatim vilissima loquuntur mancipia, ut nuper quidam: dissensiones vero perpetuare dum student, per quas claros fieri se putant, ea quæ in centenis librorum millibus allata sunt argumenta, denuo repetunt, atque in adversarios quum catholicos, tum Dei ut plurimum Sacerdotes, a Petri Cathedra utpote firmissima petra divelli prorsus recusantes, perinde invehi non erubescunt, quasi Voltærium aliquem, aut Raynalium impugnarent: quod multo maiori cum utilitate, ac sine suo ipsorum dedecore facere possent. ϩⲁⲙⲟⲓ̈, ⲡϫⲟⲉⲓⲥ, ⲉⲛⲉⲧⲛ̄ⲥⲉⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛ ⲉⲩⲉⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲩⲉϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ· ϫⲉ· ⲙⲏ ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲩⲟ̀ ⲛ̄ⲑⲉⲟⲗⲟⲅⲟⲥ̀ ⲁⲛⲟⲛ ϩⲉⲛ ⲃⲗ̄ⲗⲉ; ϯⲟⲩⲱϣⲃ̄· ⲉⲛⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ϩⲛ̄ⲃⲗⲗⲉ, ⲙⲛ̄ⲛⲟⲃⲉ ⲉⲣⲱⲧⲛ̄ ⲡⲉ· ⲧⲛ̄ⲛⲁⲩ ⲇⲉ· ⲡⲉⲧⲛ̄ ⲛⲟⲃⲉ ⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ̄· ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉ ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄ ϣⲟϣϥⲥ̄ ⲛ̄ ⲧⲛ̄ⲙⲁⲁⲩ ⲧⲕⲁⲑⲉⲇⲣⲁ̀ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ, ϩⲛ̄ⲧⲓⲕⲓⲛⲟⲛ̀ ⲙⲛ̄ⲫⲗⲱⲣⲉⲛⲧⲓⲁ̀, ⲉϩⲟⲩⲉ ⲁϥⲁⲁⲥ ϩⲛ̄ⲧⲣⲉⲩⲉⲣⲟⲓ̀ ⲛ̄ϭⲓⲫⲉⲃⲣⲱⲛⲓⲟⲥ ⲡⲁⲓ̈ ⲧⲉⲛⲟⲩ ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲛ̄ϩⲑⲏϥ. Quid? quod horum nonnulli summos Pontifices ridiculo æque ac execrabili quodam odio, ut Lutherus olim, prosequuntur? imo ne Sanctis quidem Cælitibus parcere videntur, quos cultu publico universa veneratur Ecclesia? S. Innocentius sane, S. Victor, S. Stephanus Papa, cuius nomine præclarissimus Equitum ordo in Etruria merito gloriatur, in eiusmodi hominum scriptis nominantur passim, *Papa Innocenzio*, *Papa Vittore*, *Papa Stefano*. Immo Sanctus Gregorius Septimus ne Gregorius quidem ipsis iam est, sed, *Ildebrando*. Miror S. Irenæo illos hactenus pepercisse: etsi enim Lugduni Episcopus fuerit, non Romæ, per ipsum tamen ab Apostolicis temporibus, aliosque continua serie Patres ad nos usque derivata traditio est, non solum quanto Romanam Ecclesiam honore prosequi debeant Catholici, sed quanta hæc etiam in universos orbis terrarum *Fideles* polleat auctoritate, ut ostendisse me puto in Notis ad Didymum lib. 2. de Trin. cap. 3. pag. 126. ex voce illa, *principalitatem*, a veteri S. Irenæi Interprete adhibita, pro qua S. Martyrem græce dixisse *ἡγεμονίαν* probavi, i. e. non principatum modo, sed *gubernationem*, *rectionem*, *auctoritatem*, qua potitur in toto Orbe (*in omnes qui sunt undique Fideles*). Id si animadverterint isti, Sanctus ille martyr, doctissimusque Episcopus, et vir Apostolicus, atque celebris Doctor, erit fortasse ipsis iam non *S. Irenæus*, sed, *il Vescovo Ireneo*. Quid ipsi hac in vita lucraturos se es-

se esse confidant, nescio: in altera sane nihil inde lucri se percepturos sperant, ut opinor. Quod ad me attinet, nihil equidem scire malo, quam ita sapere. Ipsi vero qua gravitate hisce de rebus scribendum sit, utinam discant ex recenti libro veteris amici mei, nunc vero clarissimi, ac religiosissimi Antistitis Brixianorum.

[8] ⲉⲩϣⲁⲛⲧⲁϩϥ) Memphitice ⲑⲱϧ est *miscere*: Thebæi vero et ⲧⲁϩ dicunt, ut hinc disco, et ⲧⲱϩ, ut non solum e similium verborum analogia colligo, sed etiam ex Tukii pagina 182: ibi enim quod S. Paulo est περίεργος, *curiosus*, id thebæo Interpreti est ⲣⲉϥⲧⲱϩ, nempe, ut puto, quia curiosus homo in alienis rebus sese *immiscet*, eas nimia sedulitate investigans.

[9] Abruptum ad alia transitum facit: indicio id est, nihil aliud fuisse hoc opusculum nisi homiliam in Cantica, in qua post explicatum unum capitulum ad aliud sine ullo exordio, aut transitione progredi licet: alioquin nimis amplus foret hicce hiatus.

[10] ⲥⲟⲗⲟⲙⲱⲛ̀) Cur primæ syllabæ accentum, sive lineolam superposuit librarius? Salomon porro in græca Veteris Test. Editione vocari solet σαλωμών *Salomon*, in Novo Testamento σολομών *Solomon*, eodemque modo a Didymo, S. Athanasio, et Ægyptiis cum thebaice, tum memphitice scribentibus. Vide pag. 38. lin. 1. Hebræi neutro modo, sed *Shelomoh*.

[11] Canticorum secundum caput citat, non quintum. Versiculo autem decimo secundi capitis græcus Interpres habet: ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, *Proxima mea* (*sodalis mea*), *pulcra mea*, *columba mea*. Minima igitur est varietas. Nam ϣⲃⲉⲉⲣⲉ et *amicam* denotat, et *proximam*, seu *sodalem* (*sociam*): quo modo masculinum nomen ϣⲃⲏⲣ et *socium* passim significat, et *amicum* pag. 21. huius voluminis Matth. XX. 13.

[12] ⲙ̄ⲙⲟⲥ, *ad essa*) Aut *amicæ*, de qua proxime superius, aut *Ecclesiæ* ipsi.

[13] Infra postremum hunc versum infimo in margine alia manus, ut videtur, alio certe charactere, et, ut sic loquar, *cursivo* scripsit, ⲉϫⲛ̄ ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ. Aliam etiam adnotationem videbis in margine pag. 113. Fragm. XIV.

Pagi-

Pagina X. ⲥⲗ̅ⲋ̅

ⲉⲃⲟⲗ · ⲟⲩⲉⲓ' [k] ⲧⲉ [1] ⲛ̄
ⲧⲟⲟⲧⲥ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲥ ⲙⲁⲁⲩ
ⲉⲥⲥⲟⲧⲡ̄ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧⲥ̄
ⲛ̄ⲧⲉⲛⲧⲁⲥϫⲡⲟⲥ .
ⲉⲓ̈ⲧⲁ [2] ⲟⲛ ϫⲉ' ⲧⲱ'ⲟⲩⲛ̄ [3]
ⲁ'ⲙⲏ'ⲧ · ⲉⲧϩⲓⲧⲟⲩ
ⲱ'ⲓ̈ [4] ⲧⲁϭⲣ̄ⲟ̄ⲟⲙⲡⲉ
ⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩⲥ̄ [5] . ⲛ̄ⲧⲉ
ⲉⲓ' ⲛ̄ⲧⲟ̄ ⲧⲁϭⲣ̄ⲟ̄ⲟⲙ
ⲡⲉ ϩⲙ̄ⲡⲟⲩⲱϣ
ⲛ̄ⲧⲡⲉⲧⲣⲁ' ϩⲓⲧⲟⲩ
ⲱϥ' ⲙ̄ⲡⲥⲟⲃⲧ' ⲉⲧ
÷ ϩⲓⲃⲟⲗ .
ⲡⲉⲓ̈ ϣⲁϫⲉ ⲇⲉ ⲡⲉ
ϫⲉ ⲡⲉⲧϩⲙ̄ⲡⲡⲓ'
ⲣⲉ [6] . ⲏ'ⲡⲟⲩⲱ'ⲛϩ'
ⲉ'ⲃⲟⲗⲙ̄ ⲡⲟⲩⲟ'ⲉⲓⲛ
ⲙ̄ⲡⲉⲛⲧⲁϥ ⲉⲓ ⲉ'
ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲡⲉⲭⲥ̄'.
ϩⲓ'ⲧⲟⲩⲱϥ ⲙ̄ⲡⲥⲟ'
ⲃⲧ' ⲇⲉ ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ
ⲡⲉ .
ⲉⲡⲉⲓ̈ⲇⲏ' ⲙⲱ'ⲩⲥⲏⲥ [7]
ϩⲱⲱϥ ⲁϥⲥϩⲁⲓ̈
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ̄ ϩⲙ̄
ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ .
ⲡⲉⲥⲥⲟⲛ [8] . ⲏ' ⲡⲉⲥ
ϣⲃⲏ'ⲣ ⲟ' ⲙ̄ⲙⲛ̄ⲧ
ⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲥⲥⲁ' - ⲙⲛ̄
ⲡⲉⲥⲉⲟⲟⲩ - ⲙⲛ̄ⲡⲉⲥ
ⲁ'ⲛⲁⲓ̈ . ⲙⲛ̄ ⲧⲉⲥ
ϭⲟⲙ ϫⲉ ⲛⲁⲛⲟⲩ [9]
ⲧⲁϣⲃⲉⲉⲣⲉ ⲛ̄ⲑⲉ
ⲙ̄ⲡⲟⲩⲱϣ [10].
ⲛⲉⲥⲱ' ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲑⲓ'
ⲉ'ⲗⲏⲙ̄ [11]. ⲉ'ⲣⲉϯϩⲟ'
ⲧⲉ ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲛϭⲟⲙ
ⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ·
ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏ
ⲧⲉ ⲛⲉⲥⲱ' ⲧⲁϣ
ⲃⲉⲉⲣⲉ . ⲉⲓⲥϩⲏⲏ
ⲧⲉ ⲛⲉⲥⲱ' - ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ
ϩⲉⲛⲃⲁⲗ ⲛ̄ϭⲣ̄ⲟⲟⲙ
ⲡⲉ ⲛⲉ . ⲉⲧⲉⲛⲁⲓ̈
ⲛⲉ ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏ .. [12]
ⲙⲛ̄ ⲛⲁⲡⲟⲥⲧⲟ'ⲗⲟ ..
ⲉⲧⲙⲉϩ ⲙ̄ⲡⲛ̄ⲁ̄
÷ ⲉϥⲟⲩⲁⲁ'ⲃ .
ⲛⲧⲟⲟⲩ ⲟⲛ ⲛⲉⲧϥ̄
ϫⲱ'ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ'ⲣⲟⲟⲩ .
ϫⲉ ⲉ'ⲣⲉⲧⲟⲩ ⲉ'ⲕⲓⲃⲉ
ⲥⲛ̄ⲧⲉ ⲟ'ⲛ̄ⲑⲉ ⲙ̄
ⲙⲁⲥ ⲥⲛⲁⲩ ⲛ̄ϩⲁ
÷ ⲧⲣⲉⲉⲩ' [13] ⲛ̄ϭⲁϩⲥⲉ [14].
ⲛⲁⲓ̈ ⲟⲛ ⲛⲉ . ⲉ'ⲧⲥ̄ϫⲱ'
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ'ⲣⲟⲟⲩ
ϩⲱⲱⲥ . ϫⲉ ⲟⲩ
ⲙⲁⲓ̈ⲣⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲥⲧⲁⲕ
ⲧⲏ' [15] ⲡⲉ ⲡⲁ ⲥⲟⲛ ⲛⲁⲓ̈
ⲉϥϩⲛ̄ⲧⲙⲏ'ⲧⲉ [16]

ADNOTATIONES.

k ⲟⲩⲉⲓ' etc.) „ Una est (Cant. VI. 9, seu 10.) matris suæ, „ Electa eius quæ ipsam genuit. *Deinde etiam dicit*: Surge (Cant. „ II. 13.), veni, Proxima mea, columba mea, bona, et ve- „ ni: tu columba mea in foramine petræ prope murum exte- „ riorem. *Hæc autem verba ille dicit qui in germinatione* (i. e. „ germinationis tempore) *versatur*, *aut in manifestatione lumi-* „ *nis*, *quod in Mundum vênit*, *nempe Christi*. *Proximus autem*

„ *est*

„ *est muro exteriori: quoniam Moyses et ipse de illo scripsit in*
„ *Lege. Dilectæ frater* (fratruelis), *aut amicus* (sodalis) *deco-*
„ *rem, gloriam, pulchritudinem, ac virtutem, qua Dilecta ipsa*
„ *prædita est, testatur: et ait* (Cant. VI. 4.): „ Bona (*es*) ami-
„ ca mea, sicut complacentia, speciosa sicut Hierusalem, ter-
„ ribilis sicut virtutes (*exercitus*) stantes (*in acie*). „ *Et insu-*
„ *per ait* (Cant. I. 15.): „ Ecce pulchra (*es*) amica mea: ecce
„ pulchra: oculi tui sunt oculi columbæ. „ *Qui sunt Prophetæ,*
„ *et Apostoli Spiritu Sancto pleni. Hi etiam sunt, quibus ille ait*
„ (Cant. IV. 5, et VII. 3.): „ Duo ubera tua sunt sicut duo
„ hinnuli (fœtus recens nati) gemelli capreæ. „ *Hi etiam sunt,*
„ *quibus ipsa quoque dicit* (Cant. I. 13.): „ Fasciculus stactes
„ est fratruelis meus mihi, existens in medio uberum meorum „.
„ *Dicit et ille* „ etc.

[1] A secundo Canticorum capite ad sextum repente transit, nihil interponens, quasi hæc proxime post allata sequerentur in sacris Bibliis. Id argumento est, opusculum hocce non enarrationem, sed homiliam esse in Canticum Canticorum, ut ego conieci.

[2] ⲉⲓⲧⲁ, *deinde*) Redit ad secundum caput. Hæc igitur particula non ad proxime superiora verba referenda est, sed ad penultima.

[3] Quam multæ heic supervacaneæ sint lineolæ, vides.

[4] ⲁⲙⲏⲧ..) Post literam ⲧ punctum est. Attamen lego, ⲁⲙⲏ, ⲧⲉ ⲧϩⲓⲧⲟⲩⲱⲓ, *veni, tu es proxima mea*, etsi in græca versione non legatur illud, *tu es*, sed tantum, ἐλθὲ ἡ πλησίον μȣ, *veni proxima mea*. Nimirum non memphitæ solum, sed thebæi quoque, ut mox videbis pag. 240, dicunt non ⲁⲙⲏⲧ, sed ⲁⲙⲏ̀, idest, *veni*, imperativo feminino, ἐλθὲ, ἔρχȣ, *vieni tu*. Tamdiu vero sic legam, quamdiu alicubi pro ⲁⲙⲏ̀ non invenero dictum etiam fuisse ⲁⲙⲏⲧ.

[5] ⲧⲁϭⲣⲟⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩⲥ̀, *columba mea, bona*) Græcus Int. habet: καλή μȣ, περιστερά μȣ, quod verti etiam potest, *o bona mea, o columba mea*. Ita vocem καλή accepit Auctor noster, sed hebraico fonti magis consentaneum est, *formosa mea*; quod et Vulgatus Int. habet.

[6] ⲡⲉⲧϩⲙ̄ⲡⲡⲓⲣⲉ) Memphitis ⲫⲓⲣⲓ est, *germinare, pullulare*. Id thebæi dicunt, ⲡⲓⲣⲉ. Respicit vero Auctor verba illa, *ficus protulit grossos* etc., quæ allatis superius verbis proxime præeunt.

[7] ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ) De ægyptio hoc nomine dicam aliqua ad Frag-

Fragmentum X. Interim legere potes quæ Kircherus scribit in Prodromo cap. 5. pag. 135.

[8] ⲠⲈⲤⲤⲞⲚ, *il fratello di lei)* Qui sponsam in Cantico alloquitur, dicitur in græca Interpretatione ἀδελφιδός. Vox ergo ⲤⲞⲚ, quæ *fratrem* valet, heic verti etiam potest, *fratruelis*, ut S. Hieronymus eum vocat, aut *patruelis*, aut *fraternus*, ut nonnulli vertunt, aut etiam *Dilectus*, ut est in hebraico exemplari.

[9] ⲚⲀⲚⲞⲨ) Heic etiam græcus Int. habet, καλὴ εἶ, ut superius.

[10] ⲠⲞⲨⲰϢ, *voluntas*) Vertitur heic græca vox, εὐδοκία, i. e. *beneplacitum*, *bona voluntas*: *compiacenza*, *contentezza*.

[11] ⲐⲒⲈⲢⲞⲨⲤⲀⲖⲎⲘ) Nomen urbis Jerusalem vides quomodo scripserit librarius per compendium. Lineolæ supra literas ⲓ, et ⲉ ductæ inducendæ videntur: longa linea superducta, ac tres literas ⲖⲎⲘ complectens per typos commode exhiberi non potest: compendium denique ipsum ab eo diversum est, quod in Fragmento secundo vidimus pag. 37, 39, et alibi; idem autem cum eo quod ter in tertio Fragmento occurrit. Apud Tukium pag. 486. bis mendose typographus, primo ⲎⲈⲒⲖⲎⲘ̄, deinde ⲎⲒⲖⲎⲘ̄ pro ⲐⲒⲈⲖ̄Ⲏ̄Ⲙ̄, et ⲐⲒⲖ̄Ⲏ̄Ⲙ̄.

[12] Membranæ exiguum frustum heic deest: sed perspicuum est, legendum esse ⲠⲢⲞⲪⲎⲦⲎⲤ, et versu sequenti, ⲚⲀⲠⲞⲤⲦⲞⲖⲞⲤ.

[13] ⲚϨⲀⲦⲢⲈⲈⲨ) Interpretor, *gemelli*, *gemini*, ex græca versione, quæ habet, δίδυμοι. Ceterum vocem alibi necdum reperi.

[14] Memphitice ϬⲀϨⲤⲒ, theb. ϬⲀϨⲤⲈ est *caprea*, δορκάς.

[15] ⲚⲦⲈⲤⲦⲀⲔⲦⲎ, *stactes*) Græcus Int. τῆς στακτῆς. De stacte, seu stacta, sive gutta disserere meum non est. Locum duntaxat S. Athanasii afferre placet e pag. 855. tomi 1. *Est autem stacte* (inquit) *sive gutta*, *myrrhæ genus tenuissimum*. *Nam contrito aromate*, *quidquid fluidum in illo habetur*, *in stacten dividitur*. *quod vero crassius residuum est*, *myrrha vocatur*. Solinus in descriptione Judææ cap. 35. de *gutta* loquitur, quam et *lacrymam* vocat, e balsamo arbore emanante.

[16] ϨⲚ ⲦⲘⲎⲦⲈ, *nel mezzo*) Apud Tukium quoque pag. 593, et 595. ⲘⲎⲦⲈ dicitur, ac scribitur, τὸ μέσον, *medium*: sed pag. 540. ⲘⲎⲎⲦⲈ legimus, nisi mendum est. Memphitice dicitur, ϯ ⲘⲎϯ.

Pagi-

Pagina XI. ⲥⲗ̄ⲍ̄

ⲛ̄ⲛⲁ ⲉ̄ⲕⲓⲃⲉ.
ϥϫⲱ̄ϩⲱⲱϥ ⲙ̄ⲙⲟⲥ
ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉⲧⲛ̄ⲛⲁ
ⲙⲉⲣⲉ [1] ⲛⲟⲩⲉⲕⲓⲃⲉ
ⲛ̄ϩⲟⲩⲟ̄ ⲉ̄ ⲡⲏⲣⲡ̄.
ⲉⲧⲉⲧⲡⲁⲗⲁⲓⲁ̄
ⲧⲉ ⲙⲛ̄ⲧⲕⲁⲓ
ⲛⲏ̄ [2] ⲉⲧⲙⲉϩ ⲛ̄
ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ̇ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ.
ⲥϫⲱ̄ ϩⲱⲱⲥ ⲙ̄
ⲙⲟⲥ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲉⲓⲥ
ϩⲏⲏⲧⲉ [3] ⲛⲁⲛⲟⲩⲕ'
ⲡⲁⲥⲟⲛ - ⲁⲩⲱ
ⲛⲉⲥⲱⲕ ⲉϭⲱϣⲧ̄
ⲛ̄ⲥⲱ̄ⲕ - ⲉ̄ⲕⲟ̄ ⲛ̄
ϩⲁⲓ̈ⲃⲉⲥ ⲉ̄ⲃⲟⲗ ⲉ̄ϫⲙ̄
ⲡⲉⲛⲙⲁⲛ̄ⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄.
ϥϫⲱ̄ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ̄ⲣⲟⲥ ϫⲉ
ⲛⲓⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ̈ ⲉⲧ
ⲛⲏⲩ ⲉ̄ϩⲣⲁⲓ̈ ϩⲓ
ⲡϫⲁⲓ̈ⲉ̄ [4] ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ ⲟⲩ
ϣⲁⲩ̄ [5] ⲛ̄ϣⲟⲩϩⲏ
ⲛⲉ̀ ⲉ̀ⲁⲩⲧⲁⲗⲟϥ
ⲉ̀ϩⲣⲁⲓ̈ [6] ⲉϥϯⲕⲁⲡ
ⲛⲟⲥ ⲛ̄ⲥⲧⲟⲓ̈ ⲉ̀ⲃⲟⲗ [7].
ⲉⲧⲉⲧⲁⲓ̈ ⲧⲉ ⲧⲉⲕ
ⲕⲗⲏ̄ⲥⲓⲁ̄ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲉⲑ
ⲛⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲁⲥⲉⲓ' ⲉ̀
ϩⲣⲁⲓ̈ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧ
ⲣⲉϥ ϣⲙ̄ϣⲉ' ⲉⲓ̂
ⲇⲱ ⲗⲟⲛ . ⲉ̀ⲁⲥ
ϣⲱ̄ ⲡⲉ ⲛ̄ ⲟⲩⲥⲧⲓ
ⲛⲟⲩϥⲉ [8] ⲛ̄ⲧⲉ [9] ⲡⲉ
ⲭⲥ̄.
ⲥϫⲱ' ⲇⲉ ϩⲱⲱⲥ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲉ̀ⲣⲟϥ ϫⲉ
ⲛⲁⲛⲟⲩ ⲛⲉⲕ
ⲉ̀ⲕⲓⲃⲉ ⲛ̄ϩⲟⲩⲉ' ⲉ̀ⲡⲏ̄
ⲣⲡ̄ . ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲥⲧⲟⲓ̈
ⲙ̄ⲡⲉⲕⲥⲟϭⲛ̄ ϣⲱϣ
ⲉ̀ⲃⲟⲗ [10] ⲉ̀ϩⲟⲩⲉ ⲉⲛ̄ϩⲏ̄
ⲛⲉⲧⲏⲣⲟⲩ . ⲁⲩⲱ'
ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ
ⲟⲩⲥⲟϭⲛ̄ⲡⲉ ⲉϥⲡⲏ̄
ⲛⲉ' ⲉ̀ⲃⲟⲗ [11].
ϥϫⲱ'ϩⲱⲱϥ ⲙ̄ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲛⲓⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲓ̈
ⲉⲧϭⲱϣⲧ̄ ⲛ̄ⲑⲉ
ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ϣⲱ
ⲣⲡ̄ . ⲉ̀ⲧⲉ ⲧⲁⲓ̈ ⲧⲉ
ⲧⲉⲥϭⲓⲛϩⲉⲗⲡⲓⲍⲉ.
ⲏ̄ⲧⲉⲥϭⲓⲛ ⲡⲣⲟⲥ
ⲉ̀ϫⲉ ⲟⲩⲃⲉ ⲡⲥⲱ
ⲧⲏⲣ' ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ
ⲛⲓⲙ ϫⲉ [12] ϥⲛⲏⲩ.
ⲉⲛⲉⲥⲱⲥ ⲛ̄ⲑⲉ ⲙ̄
ⲡⲣⲏ' . ⲉⲥⲥⲟⲧⲡ̄
ⲛ̄ⲑⲉ ⲙ̄ⲡⲟⲟϩ.

ADNOTATIONES.

1 „ *Dicit et ille ipſam alloquens* (Cant. I. 4.): Diligemus „ ubera tua pluſquam vinum. *Quod eſt, Vetus, ac Novum* (*Teſtamentum*) *verbo Dei plenum. Ipſa quoque illum ſic alloquitur* „ (Cant. I. 16, ſeu 15): Ecce bonus es, ó fratruelis meus, „ et pulcher es ad expectandum te (ad reſpiciendum te): tu „ es umbraculum (umbram emittens) ſuper noſtrum lectulum.

„ *Illam autem ipse quoque sic alloquitur* (Cant. III. 6.): Quæ „ est iſta, quæ aſcendit per deſertum (*vel*, ex deſerto) ſicut „ virgula (*vel*, effluvium, emanatio) aromatis oblati, emittens „ fumum odoris (*vel*, ſuaveolentem). *Hæc Gentium Eccleſia* „ *eſt, quæ ex Idolorum cultu aſcendit* (Italice, *aſceſe*), Chriſti „ bonus odor *effecta*. *Dilecto autem et ipſa dicit* (Cant. I. 2. „ et 3.): Bona ubera tua pluſquam vinum, et odor unguenti „ tui æqualis eſt, et pluſquam aromata omnia. *Et ait ipſa in-* „ *ſuper* (Cant. I. 3.): Nomen tuum eſt unguentum effuſum „ (*vel*, exinanitum). *Ille quoque ait* (Cant. VI. 10.): Quæ „ eſt iſta expectans (*vel*, reſpiciens) ut aurora (*vel*, hora „ prima, *vel*, diluculum)? *Quod Dilectæ ſpem ſignificat, aut* „ *attentionem, qua Salvatoris omnium hominum adventum atten-* „ *dit*. Pulcra ut ſol, electa ut luna. *Nimirum admirabilis, ut-* „ *pote quæ eſt prædeſtinata* (*ſegregata: deſtinata*). *Illa quo-* „ *que* „ etc.

[1] ⲦⲚ̄ⲚⲀⲘⲈⲢⲈ, *diligemus*) Ita græcus Interpres: ſed Vulgatus vers. 3. paulo aliter.

[2] ⲔⲀⲒⲚⲎ̀) Ne ſuſpiceris aliquid omiſſum eſſe, nempe ⲆⲒⲀⲐⲎⲔⲎ̀, *Teſtamentum*. Ægyptii enim ſic loqui amant, ut videre potes in Theotociis pagg. 305, et 312: ubi ⲦⲠⲀⲖⲀⲒⲀ, ἡ παλαιὰ, et ⲦⲔⲀⲒⲚⲎ, ἡ καινὴ ſine addito, et antonomaſtice valent, *Teſtamentum Vetus*: *Teſtamentum Novum*.

[3] En conſueta additamenta. Sextumdecimum hocce capitis primi capitulum ita vertit ſive thebaicus Interpres, ſive homiliæ Auctor, ut nec hebraicæ Veritati, neque græcæ Editioni fideliter reſpondeat atque adamuſſim. Græci hæc tantum habent: ἰδοὺ εἶ καλὸς, ἀδελφιδός μου, καί γε ὡραῖος πρὸς κλίνη ἡμῶν σύσκιος, *ecce tu pulcher* (vel, *bonus*), *o patruelis meus, et quidem ſpecioſus apud lectulum noſtrum umbroſus*.

[4] Ⲛ̄ⲐⲈ etc.) Ne hoc quidem in commate perfecta eſt conſenſio thebaicæ huius verſionis cum græca, et Vulgata, atque hebraico exemplari, ut quiſque facile videre poteſt. Græca tantummodo affero, verbum e verbo: *Sicut virgulæ fumi*: *evaporans myrrham, et thus ab omnibus pulveribus unguentarii*.

[5] ⲞⲨϢⲀⲨ̀) Utrum e verbo thebaico ϢⲞⲨⲞ, et ϢⲞⲨⲈ (memph. ϢⲞⲨⲰ), *fluere, effundi*, derivetur nomen hoc ϢⲀⲨ, docebunt peritiores. Nam prout ſonat memphitice, ac thebaice, *utile*, non eſt ex re.

[6] Apud Tukium quoque pag. 333, et alibi paſſim, ⲦⲀⲖⲞ ⲈϨⲢⲀⲒ valet, *offerre*: ⲚⲀⲒ ⲈϢⲀⲨⲦⲀⲖⲞⲞⲨ ⲈϨⲢⲀⲒ, *quæ offeruntur*: *oblationes*.

[7] ⲈϤϮ

[7] ⲉϥϯ... ⲉⲃⲟⲗ) Verbi ϯ cum ⲉⲃⲟⲗ usitatior significatio est, *vendere (dar via)*. Quod valeat etiam, *emittere (mandar fuori)*, hinc disco.

[8] ⲥⲧⲓⲛⲟⲩϥⲉ) Pro ⲥⲧⲟⲓⲛⲟⲩϥⲉ (memph. ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ), *bonus odor*, εὐωδία. Respicit Auctor ep. 2. ad Cor. II. 15. *Christi bonus odor sumus*.

[9] ⲛ̄ⲧⲉ) Hanc particulam, quatenus genitivi nota est (Italice, *di*), tertio quoque verbo apud Memphiticos scriptores non sine nausea reperimus. Thebæi non tam crebro usurpant, sed interdum, ac in Bibliorum versionibus potius, quam alibi. Eam vidimus Joann. XII. 34, et 36; Jerem. XIII. 16. etc.

[10] ϣⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ) In Græca Interpr. nihil est quod huic verbo, aut locutioni respondeat. Vereor ut recte transtulerim. Nam etsi de radice ϣⲱϣ superius dixerim satis, tamen ϣⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ novam aliam significationem heic fortassis habet, præsertim cum proxime sequatur ⲉϩⲟⲩⲉ. Loci sententia exposcere videtur verbum, quod odoris *expansionem*, *effusionem*, *effluvia* indicet, cuiusmodi esset ϣⲟⲩⲟ, ⲡⲏⲛⲉ, et alia eiusdem modi.

[11] ⲉϥⲡⲏⲛⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ, *effusum)* ⲫⲏⲛ, et ⲫⲱⲛ, et thebaice ⲡⲏⲛⲉ est *effundere*. Et ⲫⲏⲛ ⲉⲃⲟⲗ vertitur etiam *exinanire*, ἐκκενοῦν. Quum vero Græcus Int. habeat, ἐκκενωθὲν, *exinanitum*, id ipsum in animo thebaici Interpretis fuisse crediderim.

[12] ϫⲉ ϥⲛⲏⲩ) Verti potest ad verbum: *iam venientem*, vel, *utrum veniat*, vel, *quia venit*, (Ital. *viene)*, *venturus est*.

Pagina XII.

ⲥⲗ̄ⲏ

ⲉ̄ⲥⲟ̄ ⲛ̄ ϣⲡⲏ̄ⲣ ⲉ
ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧ
ⲧⲏϣ [1].
ⲥϫⲱ̄ ⲙ ϩⲱⲱⲥ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉⲩ
ϫⲛⲟⲩⲥ ϫⲉ ⲟⲩⲡⲉ [2]
ⲡⲟⲩⲥⲟⲛ. ⲉ̄ⲃⲟⲗ
ϩⲙ̄ⲡⲧⲟⲛⲧⲛ̄ ⲛ̄
ⲟⲩⲥⲟⲛ ⲧⲉⲧⲛⲉ
ⲥⲱ̄ⲥ ϩⲛ̄ ⲛⲉϩⲓⲟ̄
ⲙⲉ ∴ ϫⲉ ⲡⲉ
ⲥⲙⲟⲧ ⲙ̄ⲡⲁⲥⲟⲛ
ⲡⲉ ⲡⲁ̈ⲓ ⲉϥⲟⲩⲟ̄ⲃϣ̄

ⲁⲩⲱ ⲉϥⲙⲟ̄ⲣϣ̄ [3]
ⲉϥⲣⲁϩⲉ̀ [4] ⲧⲏⲣϥ̄ [5] ⲉ̀
ⲃⲟⲗ ⲟⲩⲁⲉ [6] ⲟⲩⲧⲃⲁ̄.
ⲉⲣⲉ ⲧⲉϥⲁ̄ⲡⲉ ⲟ̄ ⲛ̄
ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲛⲟⲩⲃ̄ ⲛ̄
ⲕⲏⲫⲁⲥ [7]. ⲛⲉϥ
ϥⲱ̄ ⲉ̀ⲧⲟ̄ⲗⲙ̄ [8] ⲥⲉ
ⲥⲏ̄ⲧ [9] ⲉⲩⲕⲏⲙ ⲛ̄
ⲑⲉ ⲛ̄ϩⲉⲛ ⲁ̄ⲃⲟⲟⲕⲉ [10].
ⲡⲉ̈ⲓ ϣⲁϫⲉ ⲁⲉ ⲡⲉ
ϫⲉ ⲛⲉϭⲟⲟϣ [11] ⲛⲁ
ⲣ̄ϣⲟⲣⲡ̄ ⲛ̄ϯϩⲛ̄
ⲛⲉⲩϭⲓϫ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ

ⲧⲉ.

ⲧⲉ. ⲥⲉⲛⲁⲟⲩⲱ̄
ϣⲧ̄ [12] ⲙ̄ⲡⲉϥ ⲙ̄ⲧⲟ̄
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ϭⲓ ⲙ̄ⲡⲁ
ⲧⲣⲓⲁ̄ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ ⲛ̄
÷ ϩⲉⲑⲛⲟⲥ.
ⲛⲉϥⲃⲁⲗ [13] ⲉⲩⲟ ⲛ̄ⲑⲉ
ⲙ̄ⲡⲉⲓ̈ⲛⲉ ⲛ̄ϩⲉⲛ
ϭⲣⲟⲟⲙⲡⲉ ⲉⲩϩⲓ
ϫⲛ̄ ϩⲉⲛ ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲩ
ⲃⲟ̄ⲟⲣⲉ ⲉ̓ⲃⲟⲗ [14] ⲉⲁⲩ
ϫⲟⲕⲙⲟⲩ ϩⲙ̄ⲡⲉ
ⲣⲱⲧⲉ ⲉⲩϩⲙⲟⲟⲥ
÷ ϩⲓϫⲛ̄ ϩⲉⲛⲙⲟⲟⲩ
ⲉⲩⲃⲟⲟ̄ⲣⲉ ⲉ̓ⲃⲟⲗ.
ϥϫⲱ̄ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲓⲙ
ⲧⲉⲧⲁⲓ̈ ⲉⲧⲛⲏⲩ
ⲉ̓ϩⲣⲁⲓ̈ [15] ⲉⲥⲟⲩⲟⲃϣ̄
ⲧⲏⲣⲥ̄ [16] ⲉⲥϣⲟⲩ
ϣⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟⲥ [17] ⲉ̓ϫⲙ̄
ⲡⲉⲥⲥⲟⲛ · ⲧⲉⲕ
ⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲡⲟ̄ⲣϫ̓ⲁⲛ [18]
ⲉ̓ⲧⲥⲟ̄ⲫⲓⲁ [19]. ⲟⲩⲇⲉ
ⲛⲧⲥⲟⲫⲓⲁ ⲡⲟ̄ⲣϫ̓
ⲁⲛ ⲉ̓ⲧⲉⲕⲕⲗⲏ̄ⲥⲓⲁ
ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩⲉⲓ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲱⲧ ⲛⲉ.
ⲉⲥϣⲁϫⲉ ⲇⲉ ⲙⲛ̄
ⲡⲉⲧⲉⲥϣⲁϫⲉ ⲛⲙ̄
ⲙⲁϥ ⲉⲥⲥⲟⲟⲩⲛ̄
ⲛ̄ⲧⲟⲥ ⲉ̓ⲣⲟϥ ϫⲉ
ⲛⲓⲙⲡⲉ. ⲉⲥ
ϫⲱ̓ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁ̄

ADNOTATIONES.

[l] ⲧⲧⲏϣ) Memphitice ⲑⲱϣ, et ⲑⲏϣ, ac thebaice ⲧⲟϣ, et ⲧⲏϣ, et ⲧⲱϣ valent, *statuere*, *determinare*, *prædestinare*.

[m] ⲥϫⲱ etc.) „ *Illa quoque, dum in hunc modum interro-* „ *gatur* (Cant. V. 9.): Quinam est (*vel*, qualis est) fratruelis „ (*vel*, Dilectus) tuus ex similitudine (effigie) fratruelis (*vel*, „ Dilecti), o pulchra inter mulieres? *respondet*: *Forma (effigies)* „ *mei fratruelis est hæc*: „ Candidus est (Cant. V. 10.), et ru- „ fus (rubicundus), electus totus inter decem millia (ex my- „ riade): illius caput est sicut aurum Cephaz: cincinni eius „ elatæ * (vel, *caudati*), nigri ut corvi „. *Huc autem illud (Psaltis) Dictum spectat* (Psalm. lxvii. vers. 32.): „ Æthiopes „ prævenient dare suis ipsorum manibus Deo „. Adorabunt „ (Psalm. xxi. vers. 28.) in conspectu eius universæ patriæ „ (familiæ) gentium „. „ Oculi (Cant. V. 12.) eius (*Italice*, „ di esso) sunt sicut similitudo (forma) columbarum, quæ sunt „ super aquarum plena fluenta: ablutarum in lacte, et insiden- „ tium super aquas plene fluentes „. *Ait autem ipse quoque* (Cant. VIII. 5.): „ Quænam est ista, quæ ascendit (*Italice*, „ ascende), candida tota, quæ gloriatur super fratruele suo „? *Ecclesia a Sapientia non separatur, neque Sapientia ab Ecclesia; sed*

sed unum ambæ sunt. Loquens autem ipsa cum eo quem alloquitur, etsi eum cognoscat, dicit: „ Quis est? *Inquiens* „ Ego „ etc.

² ΟΥΠΕ) Græcus Int. τί, *quid?* Quod ægyptiacus habet, verti potest et, *quid est?*, et, *quinam est?*

³ ΕϤⲘΟΡϢ) Græcus Int. habet, πυῤῥός: ideo interpretor, *rufus*. Ceterum vox ⲘΟΡϢ' nec Lacrozio nota, nec mihi aliunde perspecta est.

⁴ ΕϤΡⲀϨΕ: vel, ΕϤΡⲀϨΕ... ΕΒΟⲖ) Græcus Int. habet, ἐκλελοχισμένος, quod vertunt, *electus*. Sed memphitica verba Ρⲁϧι, et Ρⲱϧι, *lavare*, et *dealbare* per fullonem, significant. Num ergo heic, ΕϤΡⲀϨΕ', valet *ablutus; per lotionem mundus?* Andabatarum more identidem incedam necesse est.

⁵ ΤΗΡϤ, *totus*) En aliud additamentum. Hoc neque in hebraico textu est, nec in versionibus græc. et Vulgata.

⁶ ΟΥⲆΕ) Mendum est. Scribe, ΟΥΤΕ, *inter:* nam ΟΥⲆΕ et in græcia, et in ægyptiis regionibus quum memphitica, tum thebaica valet, *neque*.

⁷ ⲚΘΕ ⲚΟΥΝΟΥΒ' Ⲛ ΚΗΦⲀC, *come un oro di Cefas)* Quocunque te vertas, vocem ΚΗΦⲀC perperam scriptam esse comperies. Hebraicum exemplar habet, *Chétem Paz*: quod S. Hieronymus vertit, *aurum optimum*. Quod si illud, *Paz*, quasi nomen proprium habuit Interpres, vertere debebat ⲚΠⲀΖ', *oro di Paz*. Sed ipse græcam versionem sine dubio spectavit, quæ habet, χρυσίον κεφὰζ, *oro di Cefaz*: itaque scribendum erat heic non ΚΗΦⲀC', sed ΚΕΦⲀΖ'.

⁸ ΝΕϤϤⲰ' Ε'ΤΟⲖⲘ, *capilli eius cincinnati)* Græcus Interpres: βόστρυχοι αὐτȣ̃, *cincinni eius*. Apud Tukium pag. 447. locum alium Canticorum ex cap. V. vers. 2. afferentem, ΠⲀΒⲰ ΤⲰⲖⲘ valet, οἱ βόστρυχοί μȣ, *cincinni mei*. Nimirum literæ Ϥ substituens ibi librarius literam Β, dicit ΒⲰ ΤⲰⲖⲘ pro ϤⲰ ΤⲰⲖⲘ.

⁹ CΕCΗΤ', *sunt instar caudæ longi ac plicati*) Græc. Int. iuxta aliquas editiones habet, ἐλάται, *elatæ*, seu *cortices palmæ:* iuxta Complut. vero, ἐλαται, *ductiles*. Sed memphitice CΗΤ est *cauda*. Judicent ergo peritiores, utrum CΕCΗΤ' verti possit, *sunt cauda*, i. e. *sunt instar caudæ*.

¹⁰ ϨΕΝ ⲀΒΟΟΚΕ, *corvi)* Memph. ⲀΒⲰΚ, *corvus*.

¹¹ ⲚΕϬΟΟϢ, *æthiopes*) Vide quæ dixi pag. 69. ad Jerem. XIV. 23. Locus Psaltis ab homiliæ Auctore allatus in græca Editione sic se habet: αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ, *Æthiopia præveniet manum suam Deo*. S. Hieronymus vertit: *æthiopia*

pia

pia festinet dare manus Deo. Memphita Interpres: ⲚⲒ ⲈⲐⲀⲨϢ ⲈⲨⲈϢⲞⲢⲠ ⲚⲦ ⲦⲞⲦⲞⲨ ⲘⲪⲚⲞⲨϮ, *æthiopes prevenient dare manum suam ipsorum*, *Deo*. Animadvertendum heic obiter, thebæum Psalmorum Interpretem ab Auctore nostro citatum non vertere græcam interpretationem. Hæc habet, *æthiopia*; thebæus, *æthiopes*. Hæc non habet, *dare*; thebæus habet. Hæc habet, *manum*; thebæus, *suis ipsorum manibus*: *colle loro mani*.

[12] E duobus Psalmis loca citat, alterum ex lxvii., alterum e xxi; attamen alterum alteri, nihil interponens, proxime subiungit, quasi ex uno eodemque psalmo desumpta sint.

[13] Heic quoque, nihil interponens, Psaltis capitulo capitulum e Canticis proxime subiicit.

[14] ϨⲈⲚⲘⲞⲞⲨ ⲈⲨⲂⲞⲞⲢⲈ ⲈⲂⲞⲖ) Quum e græca versione, tum ex Vulgata, tum etiam ex Hebraico exemplari apparet hac locutione *plena aquarum fluenta* designari. Sed quænam verbi huius, ⲂⲞⲞⲢⲈ, genuina derivatio est, quod bis hoc in loco occurrit, nusquam vero alibi repertum a me quidem hactenus fuit? Num respondet memphitico ⲂⲰⲖ ⲈⲂⲞⲖ, *fluere*, *dissolvi*, ut literæ ⲗ thebæi literam ⲣ subrogaverint? An memphitico itidem ϤⲞⲢϤⲈⲢ, *diffluere*, ut pro ϥ thebæi posuerint ⲃ, sicut in ϢⲂⲈ pro ϢϤⲈ etc.?

[15] ⲈⲦⲚⲎⲨ ⲈϨⲢⲀⲒ, *ascendens*) In hebraico Textu, in Vulgata versione, et in græca iuxta Editionem Complutensem heic additur, *min hammidbár*, ἀπὸ ἐρήμȣ, *de deserto*. Id et Auctor noster, et Editio græca Amstelodamensis anni 1725. omittit.

[16] *Candida tota)* En aliud additamentum. Illud, *tota*, in nullo est exemplari. Editio græca Complutensis hoc totum omittit: Amstelodamensis vero habet tantummodo, λελευκανθισμένη, *albescens*, *albo flori similis*.

[17] ⲈⲤϢⲞⲨϢⲞⲨ ⲘⲘⲞⲤ, *glorians*, si ita dicere licet: *quæ gloriatur*: *vantandosi*: *che si vanta*: *quæ se iactat*) Cur ita verterit thebæus iste Interpres, divinare nequeo. Græca sane versio habet, ἐπιστηριζομένη, *innixa*. Sed cum hebraici exemplaris verbum, *hithrappék*, nusquam alibi occurrat in sacris libris, et ignota sit germana eius significatio, ideoque ab aliis aliter, ut apud Marcum Marinum in *Arca Noe* videre potes, exponatur, ceteris interpretationibus, quas ipse affert, hæc etiam thebaicæ versionis addi poterit.

[18] *Non separatur)* Allatum e Cantico textum ita nunc exponit quasi legerit, aut verterit, *adhærens Dilecto suo*, quemadmodum nonnulli interpretantur; non vero, *quæ gloriatur* etc. Quis hæc expedire valet?

19

[19] ⲧⲥⲟⲫⲓⲁ̀, *Sapientia*) Respicit, opinor, nomen illud, quo Christus Dominus vocatur *Sapientia*: sub quo titulo celebris olim Constantinopoli Servatori humani generis dedicata fuit, sed nunc, heu! profana ædes, et alia Beneventi.

Pagina XIII.

ⲛⲟⲕ ϯϣⲟⲟⲡ ⲙ̄ⲡⲁ
ⲥⲟⲛ . ⲁⲩⲱ ⲡⲁ
ⲥⲟⲛ ⲉϥϣⲟⲟⲡ ⲛⲁï.
ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ϫⲉ ⲡⲁⲥⲟⲛ
ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉ̀ϩⲣⲁï [1] ⲉ̀ⲡⲉϥ
ⲕⲏⲡⲟⲥ - ⲉⲛⲉⲫⲓⲁ
ⲗⲏ̀ ⲙ̄ⲡϣⲟⲩϩⲏⲛⲉ
ⲉⲧⲣⲉϥ ⲙⲟⲟⲛⲉ ϩⲛ̄
ⲛ̄ⲕⲏⲡⲟⲥ . ⲛ̄ϥ
ⲕⲱⲧϥ̄ [2] ⲛ̄ⲛⲉⲕⲣⲓ
ⲛⲟⲛ.
ⲁⲩⲱⲟⲛ ϫⲉ ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲁ
ⲥⲟⲛ [3] ⲃⲱⲕ ⲉ̀ϩⲣⲁï [4]
ⲉ̀ⲡⲉϥ ⲕⲏⲡⲟⲥ.
ⲛϥ̄ ⲟⲩⲱⲙ ⲙ̄ⲡⲕⲁⲣ
ⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲛⲉϥ ϣⲏⲛ.
ϥϫⲱ̀ ϩⲱⲱϥ ⲙ̄ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲧⲁⲥⲱⲛⲉ.
ⲧⲁⲥⲱⲛⲉ [5]. ⲧⲁ
ϣⲉⲗⲉⲉⲧ ⲉⲥⲟ̄ ⲛ̄
ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲕⲏⲡⲟⲥ
ⲉϥⲟ̄ⲣϫ̀ [6]. ⲉϥⲟⲣϫ̀
ϩⲛ̄ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ - ⲙⲛ̄
ⲧⲉⲛⲧⲟ̄ⲗⲏ . ⲙⲛ̄
ⲧⲉⲥⲃⲱ̀ ⲙ̄ⲡⲱ̀ⲛϩ̄.
ⲟⲩⲕⲏⲡⲟⲥ ⲉϥϣⲟ̄
ⲧⲙ̄ . ⲟⲩⲡⲩⲕⲏ̀ [7]
ⲉⲥⲧⲟ̄ⲟⲃⲉ ϩⲙ̄ⲡⲧⲃ̄
ⲃⲟ̄ . ⲙⲛ̄ ⲑⲉⲗⲡⲓⲥ
ⲛ̄ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ ⲛ̄ⲁ̄
ⲅⲁⲑⲟⲛ.

ⲉⲩⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ ⲇⲉ ⲙ̄
ⲙⲟⲥ ϩⲛ̄ⲟⲩ . ϩⲙ̄
÷ ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁ̀ⲃ.
ⲛⲑⲉ ⲛ̄ⲧⲁⲡⲁⲡⲟⲥ
ⲧⲟⲗⲟⲥ ϫⲟⲟⲥ
ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲗⲩⲡⲉï
ⲙ̄ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲉ̀ⲧⲟⲩⲁⲁ̀ⲃ
ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲁï
ⲛ̄ⲧⲁⲩⲉⲫⲣⲁⲅⲓⲍⲉ
ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ϩⲏ
ⲧϥ̄ ⲉ̀ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙ̄
ⲡⲥⲱ̀ⲧⲉ.
ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁⲥ ϫⲉ ⲁï
ⲃⲱⲕ ⲉ̀ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲁ
ⲕⲏⲡⲟⲥ ⲧⲁⲥⲱ
ⲛⲉ ⲧⲁϣⲉⲗⲉⲉⲧ
ⲁïϫⲱ̀ⲱ̀ⲗⲉ ⲙ̄
ⲡⲁϣⲁⲗ . ⲙⲛ̄
ⲡⲁϣⲟⲩϩⲏⲛⲉ,
ⲁïⲟⲩⲱⲙ ⲙ̄ⲡⲁ
ⲟⲉⲓⲕ ⲙⲛ̄ ⲡⲁ
ⲉⲃⲓⲱ̀ . ⲁïⲥⲱ̀
ⲙ̄ⲡⲁⲏ̀ⲣⲡ̄ . ⲙⲛ̄
ⲡⲁ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉ.
ⲟⲩⲱⲙ ϩⲱⲧⲧⲏⲩ
ⲧⲛ̄ ⲛⲁⲥⲛⲏⲩ [8].
ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ϯϩⲉ ⲛⲁ
ϣⲃⲉⲉⲣ.
ⲡⲉϫⲁⲥ ϩⲱⲱⲥ ⲟⲛ
ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲁϥ . ϫⲉ

ADNOTATIONES.

[n] „ *Inquiens* (Cant. VI. 3, seu 2.): „ Ego sum fratrueli „ meo, et fratruelis meus mihi est „. *Et insuper* (ib. VI. 2, „ sive 1.): Fratruelis meus ascendit in suum hortum, ad phia- „ las aromatis, ut pascatur (*vel*, pascat) in hortis, et colligat „ lilia „. *Et insuper* (ib. IV. 16, vel iuxta Vulgatam V. 1.): „ „ Fratruelis meus ascendat in hortum suum, et comedat fru- „ ctum arborum suarum „. *Ipse quoque ait* (ib. IV. 12.): „ „ Soror mea, soror mea, Sponsa mea, tu es (*vel*, quæ es) „ tamquam hortus conclusus „. *Conclusus in fide, et in præce-* „ *pto, et in Doctrina vitæ* (*vivificâ*). „ Hortus (*ibid.*) clau- „ sus, fons signatus „. *In munditia* (*videlicet*), *atque in bona* „ *cuiuslibet rei spe*. Obsignatus *autem*, *in quo? In Spiritu San-* „ *cto. Quo modo Apostolus ait* (ad Ephes. IV. 30.): „ Ne con- „ tristetis (*i. e.* nolite contristare) Spiritum Sanctum Dei, in „ quo obsignati estis in diem redemptionis „. *Rursus etiam ip-* „ *sam sic allocutus est* (Cant. V. 1, sive 2.): „ Ingressus sum „ in hortum meum, o soror mea, sponsa mea; vindemiavi „ myrrham meam cum aromate meo; manducavi panem meum „ cum melle meo; bibi vinum meum cum lacte meo. Come- „ dite vos quoque, o fratres mei; inebriamini, o sodales mei „. „ *Illa quoque sic ipsum allocuta est* (ib. VI. 10, sive 11.): „ Ego veni „ *etc.*

[1] ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ, *ascendit*: Italice, *ascese*) Textus hebraicus contra, et versiones græca, atque latina habent, *jarâd*, κατέβη, *descendit*. Dubitandum itaque amplius non videtur, quin homiliæ auctor memoriter Scripturam citet, non de scripto.

[2] ⲉⲧⲣⲉ.. ϥⲕⲱⲧϥ̄) Interpretatus sum, *ut colligat*, *per raccogliere*, quia hebr. Textus, et græca, latinaque versio habent, *velilecót*, συλλέγειν, *ut.. colligat*. Ceterum difficultate non caret verbum ⲕⲱⲧ hoc in loco. Radicum ⲕⲱⲧ, *ædificare*, et ⲕⲟⲧ, aliarumque huic affinium significationes non recenseo, nam obviæ omnibus sunt. Sed verbum ipsum ⲕⲟⲧ cum suffixo *conversionem* sonans, quum sexcenties mihi occurrerit suffixo præditum, nunquam cum ⲱ megalo, seu magno scriptum vidi, sed semper cum ⲟ micro, seu parvo, ut exempli gratia, ⲁϥⲕⲟⲧϥ̀, *si voltò*. Verbum vero ⲕⲱⲧⲉ (memph. ⲕⲱϯ), *circuire*, *quærere*, quæ postrema significatio huic loco congrueret, non solet ita construi, ut heic, sed sine suffixo, et cum ⲛ̄ⲥⲁ, aut cum ⲉⲣⲟϥ, ⲉⲣⲟⲥ, etc. ut pag. 38. Joann. XX.

XX. 24, aut alio simili modo. Peritiorum esto iudicium.

³ Hocce comma Tukius affert pag. 446: sed pro ⲙ̄ⲡⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲛⲉϥϣⲏⲛ habet ⲛ̄ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏⲛ. Quum vero perlongi illius capituli, quod ibidem is excripsit, nonnulla commata ab homiliæ huius auctore citentur, Tukiique typotheta mendis locum, ut solet, inquinaverit, non inutilem rem facturum me reor, si illum ita expurgatum exhibuero, ut emendandum esse coniicio. ⲟⲩϣⲁⲗ ⲙⲛ̄ ⲟⲩ ⲁⲗⲗⲱⲓ ⲙⲛ̄ ⲛ̄ϩⲏⲛⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲥⲟⲡⲧ (lego, ⲉⲧⲥⲟⲧⲡ) ⲉⲩⲟ ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩ ⲡⲩⲅⲏ (scrib. ⲡⲏⲅⲏ) ⲛ̄ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ (leg. ⲛ̄ⲕⲏⲡⲟⲥ), ⲁⲩⲱ ⲟⲩϣⲱⲧⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ (deest vox valens, *viva*.) ⲉϥϣⲟⲩⲟ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄ ⲛ̄ⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ (scrib. ⲡⲗⲓⲃⲁⲛⲟⲥ). ⲧⲱⲟⲩⲛ̄ⲅ̄ ⲡⲛⲙϩⲓⲧ (leg. ⲡⲉⲙϩⲓⲧ), ⲁⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲡⲧⲟⲩⲣⲏⲥ, ⲛ̄ⲅ ⲛⲓ ϫⲉ (scrib. ⲛⲓϥⲉ) ⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲙ̄ ⲡⲕⲁⲕⲏⲧⲟⲥ (leg. ⲡⲁⲕⲏⲡⲟⲥ), ⲛ̄ⲧⲉ ⲛⲁϩⲏⲛⲉ ϯ ⲛ̄ⲛⲉⲩⲥⲧⲟⲓ. ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡⲉϥ ⲕⲏⲡⲟⲥ, ⲛ̄ϥⲟⲩⲱ ⲙⲛ̄ ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ (scribe, ⲛ̄ϥⲟⲩⲱⲙ ⲛ̄ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ) ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏⲛ. ⲁⲓⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲁⲕⲏⲡⲟⲥ ⲧⲁⲥⲱⲛⲉ, ⲧⲁϣⲉⲗⲉⲉⲧ, ⲁⲓϫⲱⲱⲗⲉ ⲙ̄ⲡⲁϣⲁⲗ ⲙⲛ̄ ⲡⲁϣⲟⲩϩⲏⲛⲉ, ⲁⲓⲟⲩⲱⲙ ⲙ̄ⲡⲁⲟⲉⲓⲕ ⲙ̄ⲡⲁ (leg. ⲙⲛ̄ ⲡⲁ) ⲉⲃⲓⲱ, ⲁⲓⲥⲱ ⲙ̄ⲡⲁⲏⲣⲡ ⲙⲛ̄ ⲡⲁⲉⲣⲱⲧⲉ. ⲟⲩⲱⲙ ϩⲏⲧ (scribe, ϩⲱⲧ) ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲛⲁϣⲃⲏⲣ, ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲥⲉⲓ (*satiamini:* fortasse legendum ⲥⲉ, *bibite*), ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ϯϩⲉ ⲛⲁⲥⲛⲏⲩ. ⲁⲛⲟⲕ ϯⲟⲃϣ, ⲁⲩⲱ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲣⲏⲥ ⲉⲓⲥ (leg. ⲣⲟⲉⲓⲥ). ⲡⲉϩⲣⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲉϥⲧⲱϩⲙ̄ ⲙ̄ⲡⲣⲟ ϫⲉ ⲁⲓⲟⲩⲱⲛ (leg. ⲁⲟⲩⲱⲛ) ⲛⲁⲓ ⲧⲁⲥⲱⲉ (leg. ⲧⲁⲥⲱⲛⲉ), ⲧⲁϣⲉⲗⲉⲉⲧ, ⲧⲁϭⲣⲟⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ · ϫⲉ ⲁⲧⲁⲁⲡⲉ ⲙⲟⲩϩ ⲛ̄ⲓⲱⲧ ⲉ ⲁⲟⲩⲱ (scribe, ⲛ̄ⲓⲱⲧⲉ, ⲁⲩⲱ) ⲁⲡⲁⲃⲱⲧⲱⲗⲙ̄ (fortasse scribendum ϥⲱ pro ⲃⲱ) ⲁϥⲙⲟⲩϩ ⲛ̄ϫⲁϥ, ⲁⲓⲕⲁⲧ ⲕⲁϩⲏⲩ ⲛ̄ⲧⲁϣⲧⲏⲛ ⲛ̄ⲧⲉⲩϣⲏ. Quam vellem ut totus ille liber a mendis expurgatus denuo typis exscriberetur.

⁴ Huc quoque pertinent quæ modo dixi Not. 1. Nam heic quoque græca versio habet, *descendat*, non vero, *ascendat*. Apud Memphitas sono parum diversa sunt, ⲉϩⲣⲏⲓ, *in sù*, *sursum*; et ⲉϧⲣⲏⲓ, *in giù*, *deorsum*. Sed thebæi quum litera ϧ careant, dicunt ⲃⲱⲕ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ, *descendere*: et ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ, *ascendere*.

⁵ Græca, et lat. versio, et hebr. Textus semel tantum habent, *soror mea*.

⁶ ⲟⲩ ⲕⲏⲡⲟⲥ ⲉϥⲟⲣϫ', *un orto chiuso*) Vox hæc ⲉϥⲟⲣϫ' nisi bis eodem modo scripta heic esset, suspecta mihi foret, hoc sensu accepta. Suspicarer scilicet scribendum esse, ⲉϥⲡⲟⲣϫ', *segregatus* a reliquis agris, ideoque *conclusus:* sed dicendum potius esset, ⲉⲩⲡⲟⲣϫ ⲙ̄ⲙⲟϥ.

[7] ⲞⲨ ⲠⲨⲔⲎ', *una fontana*) Duo menda uno in vocabulo, ⲠⲨⲔⲎ'. Scribe, ⲠⲎⲄⲎ', *fons*.

[8] Quanto accuratius hæc apud Tukium exscripta sint, iam paulo ante vidisti. Noster Auctor memoriter, opinor, citans omittit, *et bibite*: quod et in hebr. et in gr. et in Vulg. et apud Tukium legitur.

ⲥ̄ⲙ̄ Pagina XIV. ⲓ̄ⲉ̄

ⲁⲓ̈ⲃⲱⲕ ⲉ̄ⲡⲁⲕⲏⲡⲟⲥ
ⲛ̄ⲕⲁⲣⲩⲁ̄ . ⲉ̄ⲧⲣⲁ̄
ⲛⲁⲩ ϩⲙ̄ⲡⲅⲉⲛⲏⲙⲁ[1]
ⲙ̄ⲡⲉϫⲓⲙⲁⲣⲣⲟⲥ[2]
ϫⲉⲛⲉⲁⲧⲃⲱ̄ ⲛⲉ
ⲗⲟⲟⲗⲉ ϯⲟⲩⲱ'.
ⲁⲩⲱϫⲉⲛⲉⲁⲧⲃⲱ'
ⲛ̄ⲕⲛ̄ⲧⲉ[3] ϯⲟⲩⲱ'
ⲉⲃⲟⲗ . ⲉⲓⲛⲁϯ ⲛ̄
ⲛⲁ ⲉ̀ⲕⲓ̈ⲃⲉⲛⲁⲕ ϩⲙ̄ⲡⲙⲁ
ⲉ̀ⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ[4]. ⲙ̄ⲡⲉ
ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ̄ ⲉⲓⲙⲉ.
÷ ⲁϥⲕⲁⲁⲧ ϩⲛ̄ ⲛ̄ϩⲁⲣ
ⲙⲁ̄ ⲛ̄ⲁⲙⲓⲛⲁⲇⲁⲃ.
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱ'ⲥ ϥⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲟⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲱ'ⲟⲩⲛ
ⲁⲙⲏ̄ ⲧⲁϣⲃⲉⲉⲣⲉ
ⲧⲁϭⲣⲟ'ⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧ
ⲛⲉⲥⲱⲥ ϫⲉ ⲉⲓⲥ[5]
ⲧⲉ ⲡⲣⲱ'ⲁⲥⲟⲩⲉⲓⲛⲉ[6].
ⲉ̄ⲧⲉ ⲡⲁⲓ̈ ⲡⲉ ϫⲉ
ⲉⲓⲥⲡⲱϭⲃ̄ ⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧ
ⲁⲧⲛⲁϩⲧⲉ ⲛ̄ⲛ̄ⲓ̈ⲟⲩ·
ⲇⲁⲓ̈ ⲁϥ ϥⲓⲙ̄ⲙⲁⲩ[7].
ⲁⲩⲱ ⲁϥⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ[8]
ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ.
ⲡϯⲟⲩⲱ' ⲛ̄ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ
ⲙⲛ̄ⲑⲉⲗⲡⲓⲥ.
ⲙⲛ̄ ⲧⲁⲅⲁⲡⲏ . ⲉ̀
ϩⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ[9]
ⲁⲩⲟⲩⲱ'ⲛϩ̄ ⲉ̀ⲃⲟⲗ
÷ ϩⲙ̄ⲡⲉⲛⲕⲁϩ.
ⲡⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲙ̄ⲡϫⲱ'
ⲱ'ⲗⲉ[10] ⲁϥⲉⲓ . ⲉ̀ⲧⲉ
ⲡⲁⲓ̈ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟⲩⲟ̄
ⲉⲓϣ ⲙ̄ⲡϯⲥⲃⲱ'
ⲛ̄ⲅⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ
ⲉ'ϩⲱⲃⲛⲓⲙ ⲛ̄ⲁ̄ⲅⲁ
ⲑⲟⲛ ⲁϥⲉⲓ ⲁϥⲙⲟⲩϩ[11]
÷ ⲙ̄ⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ̄.
ⲡⲉϩⲣⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲉϭⲣⲙ̄
ⲡϣⲁⲛ[12] ⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̄
ⲧⲙ̄[13] ⲉ'ⲣⲟϥ ϩⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲕⲁϩ . ⲡⲧⲁ
ϣⲉ ⲟ̄ⲉⲓϣ ⲙ̄ⲡⲉⲩ
ⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲛ̄ⲓ̄ⲥ̄
ⲡⲉⲭ̄ⲥ̄ . ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ
ⲛ̄ⲧⲁϥ ⲣ̄ⲥⲁⲣⲍ . ⲁϥ
ⲟⲩⲱ'ϩ ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲛ
ϣⲁⲛⲧⲉϥⲧⲁⲛ
ϩⲟⲛ ⲉⲛⲙⲟⲟⲩⲧ.
ⲥⲙⲟⲩⲧⲉ ⲇⲉ ϩⲱⲱⲥ
ⲉⲣⲟϥ ⲉⲥϫⲱⲙ̄
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲛⲁⲓ̈
ⲡⲁⲥⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲛ̄
ⲃⲱⲕ ⲉ'ⲃⲟⲗ ⲉ'ⲧⲥⲱ'
ϣⲉ - ⲛ̄ⲧⲛ̄
ϣⲱⲡⲉ ϩⲛ̄ ⲛ̄ⲕⲱ
ⲙⲏ̄ . ⲛ̄ⲧⲛ̄ ϣⲟⲣ
ⲡⲛ̄ ⲉ'ⲃⲟⲗ ⲉ'ⲙⲙⲁ
ⲛ̄ⲉ'ⲗⲟϭⲗⲉ ⲉ'ⲧⲣⲉⲛ
ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲉⲛⲉ ⲁ̄ⲧⲃⲱ'

ADNOTATIONES.

* „ Ego veni in hortum meum nucis, ut viderem in ge„ nimine torrentis, an arbor uvæ (*vel*, an vitis) germinaverit, „ et an arbor fici germen emiserit. Dabo tibi illic ubera mea. „ Anima mea non cognovit: posuit me in curribus Aminada„ bi „. *Rursus postea illam vocat* (*invitat*) *inquiens* (Cant. II. „ 13.): „ Surge, veni, o amica (*vel*, sodalis) mea, columba „ mea formosa „. „ Quia (ib. II. 11.) ecce hiems recessit (si„ bi) „. *Idest*: *Ecce gelu incredulitatis Judæorum sublatum est*, „ *et deorsum décidit*. *Germen fidei, et spei, et charitatis in Deum*... „ Apparuerunt (ib. II. 12.) in terra nostra: tempus putationis „ venit (*Italice*, *è venuto*) „. *Idest*: *Tempus docendi homines* „ *quamlibet bonam rem iam venit* (*venne*), *ac terram omnem im*„ *plevit* (vel, *accendit*) *huiusmodi doctrina*. „ Vox turturis (ib. „ II. 12.) audita est in terra nostra „. *Prædicatio scilicet Euan*„ *gelii Jesu Christi*. „ Verbum caro factum est, et habitavit no„ biscum „ *donec mortuos nos vivificaret*. *Vocat vero et ipsa il*„ *lum*, *inquiens* (Cant. VII. 11.): „ Veni mihi, frater mi, et „ egrediamur in agrum, commoremur in pagis: diluculo sur„ gentes eamus ad vineas, ut videamus, utrum arbor... „ Reliqua desiderantur.

[1] ΓΕΝΗϢⲀ) Scribe, ΓΕΝΝΗϢⲀ, *genimen*.

[2] ⲬⲒϢⲀⲢⲢⲞⲤ) Scribendum, ⲬⲈⲒϢⲀⲢⲢⲞⲤ, *torrens*, etsi apud Tukium quoque pag. 401. scriptum sit, ⲬⲒϢⲀⲢⲢⲞⲤ. Huiusmodi menda tam antiqua sunt, quam vetusta est in librariis græcæ linguæ imperitia.

[3] ⲦⲂⲰ'ⲚⲔⲚⲦⲈ, *arbor fici*) Hebr. exemplar, græcus, latinusque Interpres habent, *harimmonîm*, αἱ ῥοαὶ, *mala punica*. Sed thebaico magis placent ficus, quam mala punica.

[4] *Dabo tibi illic ubera mea*) Hæc verba habent hebraica Veritas, græca, et latina editio capite sequenti, nempe VII, vers. 12. Sed hoc in loco, quem e capite sexto citat homiliæ Auctor, non extant neque in hebraicis, nec in latinis Bibliis, nec in græca editione Complutensi Cardinalis Ximenii, sed extant in Amstelodamensi anni 1725, et extabant in exemplari quo thebæus Interpres utebatur.

[5] Heic rursum retrograditur, et a capitulo 13. redit ad undecimum.

[6] ⲀⲤⲞⲨⲈⲒ ⲚⲈ, *se n' è andata via*) Græcus Int. παρῆλθεν, *transiit*. Sed mox de pluvia in hoc ipso commate dicit, ἐπορεύθη

ρεύθη ἑαυτῷ, *se n' è andata*. An intermedia imprudens omisit Auctor noster, aut librarius? Crediderim potius memoriter hæc citari, ideoque minus accurate. Pro ⲞⲨⲈⲒ, *recedere*, thebæi dicunt etiam, ⲞⲨⲈ̀, ut vidimus pag. 76. Jerem. XIV. 19.

[7] Vide Fragm. IV. pag. 207. seu pag. 91. huius voluminis.

[8] ⲀϤⲤⲢⲞϤⲢⲈϤ) Verbum, ⲤⲢⲞϤⲢⲈϤ, non aliunde mihi cognitum est, quam e Fragm. XIV. col. 2. Ibi de foliis florum, sive arborum dicitur, quæ accedente hieme exarescunt ac in terram decidunt. Hac tantum de causa interpretatus sum, *et deorsum décidit*: ut glacies e tegulis.

[9] Videtur verbum aliquod deesse in membrana, quod superiorem sententiam perficiat: ac præterea vox significans ἄνθη, *flores*, nempe ϨⲈⲚ ϨⲢⲎⲢⲈ (*apparuerunt*).

[10] ⲘⲠϪⲰⲰⲖⲈ, *putationis*) ϪⲰⲰⲖⲈ paulo ante cum omnibus Interpretibus ita accepi ut *vindemiam* denotet: heic vero *putationem* omnes interpretantur. Græcus habet, τομῆς, *amputationis*. Memphitice ϢⲰⲖ, et ϢⲈⲖ, et ϬⲰⲖ, et ϬⲈⲖ valent, *vindemiare*.

[11] Verbum, ⲘⲞⲨϨ, ambiguum est. Valet, *repleri*, *implere*, Johann. XII. 3. pag. 50, et Fragm. IV. pag. 84. huius voluminis. Denotat autem, *accendi*, *ardere* apud Tukium pag. 279, 445, et alibi.

[12] ⲘⲠⲈϬⲢⲘⲠϢⲀⲚ) *Turturem* genere feminino ϬⲢⲞⲘⲠϢⲀⲖ vocant Memphitæ. Thebæi vero ϬⲢⲘⲠϢⲀⲚ genere masculino.

[13] Librarius ab extremo versu undecimo ad duodecimum transiens syllabam ⲦⲘ perperam iteravit. Itaque alterutro in loco dele: ego membranas ita exhibeo, ut scriptas invenio, quantum typi sinunt.

✱ ⲀⲢⲒ ⲪⲘⲈⲨⲒ ⲠϬⲰⲒⲤ ⲚⲦ ϨⲒⲢⲎⲚⲎ ⲚⲦⲈ ⲦⲈⲔⲞⲨⲒ ⲘⲘⲀⲨⲀⲦⲤ ⲈⲐⲞⲨⲀⲂ ⲚⲔⲀⲐⲞⲖⲒⲔⲎ ⲚⲀⲠⲞⲤⲦⲞⲖⲒⲔⲎ ⲚⲈⲔⲔⲖⲎⲤⲒⲀ: — Sic precatur Ægyptia Ecclesia in Pontificali libro part. 2. p. 90. Idest: *Memor esto, Domine, pacis Ecclesiæ tuæ, quæ Una est, et Sancta, et Catholica, et Apostolica.*

✱ ⲤⲞⲖⲞⲘⲰⲚ ⲘⲞⲨϮ ⲈⲢⲞ ϦⲈⲚ ⲠⲒ ϪⲰ ⲚⲦⲈ ⲚⲒ ϪⲰ, ϪⲈ ⲦⲀⲤⲰⲚⲒ ⲞⲨⲞϨ ⲦⲀϢⲪⲎⲢ: — Ita canit Ægyptia Ecclesia de Deipara in Theotociis pag. 160. Idest: *Salomon vocat te in Cantico Canticorum, cum ait*: „ O soror „ mea, et amica mea. „

Ægy-

V I I.

Ægyptii codicis fragmentum, constans octo membranis, quæ longæ sunt uncias fere 11 ½, latæ uncias fere 9.

Desunt initio sexdecim octaptychi quaterniones, ac prima decimi septimi quaternionis membrana, ut clare patet ex numeris quum paginarum, tum quaternionum. Progreditur vero Fragmentum, si paginarum numeros antiquitus appositos spectemus, a pagina codicis 257. ad 270.; sed quia error est in numeris, progreditur revera usque ad 272.: hoc enim numero postrema quæ superest pagina signanda erat. Vide Specimen superius pag. XXX. num. 7.

Huius librarii propria hæc potissimum sunt. Literarum elegans est, ac vetusta forma: illæ quibus paginarum numeri exarati fuere, ceteris, ut solent, minores sunt, sed vetustam et ipsæ formam habent: in extremis versibus litera Υ sic efformatur, ut τῷ *Zade finali* Hebraico plane similis sit: quam formam in vetustissimis quoque codicibus græcis habet, ut videre licet etiam tom. 1. pag. 686. tabula XII. Artis diplomaticæ a Toustaino eiusque collega Parisiis editæ. Nulla usquam litera rubro colore heic infecta: in margine flosculi, arborum folia, et aviculæ calamo et atramento pictæ conspiciuntur: nullus usquam asteriscus, sed horum loco clavi, qualem vides in octavo Specimine, iique interdum uncinati. Interpunctionis denique notæ tres heic sunt, modo scilicet punctum, modo bina puncta, modo virgula. Quod si de codicis vetustate quid sentiam dicere cogerer, equidem hunc superiore, nempe sexto, recentiorem non esse opinarer.

Non modica membranis hisce continetur pars Vitæ Sancti Theodori. Quoniam vero plures hoc ipso nomine Sancti viri vocati sunt, Theodorus videlicet Syceotes, Theodorus Trichinas, Theodorus Tyron, qui et Stratelates, i. e. militum præfectus dicitur, Theodorus Studites, aliique nonnulli; iccirco ut noster hicce ab aliis omnibus secernatur, pauca de ipso adjicere et lectori in memoriam revocare necesse est. Ægyptius ergo in Thebaide monachus fuit Theodorus noster, et S. Pachomii discipulus, eidemque in omnium Pachomiani Instituti monasteriorum regimine, post Petronium quidem, et Horsiesium, paucis tamen a Pachomii obitu annis, successit: nam Petronius quidem paucis mensibus S. Pachomio qui anno 348. excessit e vita, su-

ta, superstes fuit; S. vero Horsiesius Petronii successor cito ea præfectura se abdicavit: quam rursus, Theodoro vita functo, suscipere coactus fuit. De Theodori nostri vita Epistolam scripsit Ægyptius Episcopus Ammon ad celebrem illum Theophilum, qui Alexandrinæ Ecclesiæ Præsul anno Domini 387. electus fuerat, et cuius rogatu eam literis mandavit. Is Theodorum non semel ἡγιασμένον vocat, idest *sanctificatum*: quo titulo postea Sanctus etiam Sabba a græcis in Hemerologio ad diem 5. Decembris decoratus est. Sanctorum vero Pachomii simul, et Theodori vitam uno opere ac libro ante Ammonem alius quidam complexus fuerat, cuius nomen adhuc ignotum est; sed eum S. Theodori fere æqualem fuisse compertum habemus. Utrumque opus dignum omnino est quod legatur: maximæque Papebrochio gratiæ habendæ sunt, quod tam insignia monumenta græce ac latine ad diem XIV. Maii ediderit: sed Anonymi scriptum potissimum una cum eiusdem Paralipomenis sive Auctario ab eo legendum est, qui septimum hoc Fragmentum, itemque octavum ac nonum probe intelligere desideret: vix enim dubito quin tria hæc Fragmenta unius eiusdemque operis partes sint, ex quo græcus ille Anonymus multa desumpserit: tanta est inter ea, quæ in utraque scriptura narrantur, similitudo. Quin imo si titulus aliquis quum ægyptiaco, tum græco scripto præponendus a me foret, equidem utrumque, sed ægyptium potissimum non tam *De Vita Sanctorum Pachomii, et Theodori* inscriberem, quam in hunc modum: *De origine, ac progressu Congregationis Monachorum S. Pachomii Narratio*: a Congregationis initio scilicet usque ad quartum quintumve Abbatem Generalem. Quorum primus Pachomius ipsemet fuit, alter Petronius, tertius Horsiesius, quartus Teodorus, quintus Horsiesius iterum: de his enim omnibus agitur in hoc opere. Quid? quod fieri etiam potest, ut ejusdem operis pars decimum quoque Fragmentum fuerit: sed de hoc alias. Quod si hæc ita sunt, septimum hoc Fragmentum post illud, quod nono edam loco, sine dubio collocandum est, si rerum, quæ in hisce narrantur, ordinem spectemus: verum ego in Fragmentis disponendis non auctorum, sed librariorum vetustatem spectavi: noni vero illius exscriptorem librarium et alium omnino ab hoc esse manifesto apparet, et aliquanto recentiorem esse existimo, quam eum, qui septimum simul, et octavum exscripsit. Qui vero cum editis a Papebrochio monumentis hæc nostra contulerit, is non pauca comperiet Fragmentis hisce contineri, quæ in illis aut omittun-

tur

tur omnino, aut vix attinguntur. Longis Fragmentum hocce, et ea quæ proxime subjicientur, dissertationibus illustrare facile possem; sed mei hoc instituti non est, multoque minus ea excribere quæ a Tillemontio aliisque dicta iam sunt: brevibus itaque scholiis, qualia res expóscet, contentus ero.

Pagina I.

ⲥⲛ̄ⲍ

ⲁⲩⲱ [a] ⲛⲉϥⲇⲓⲟⲓ
ⲕⲉⲓ [1] ⲛ̄ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ [2]
ϩⲛ̄ϩⲱⲃⲛⲓⲙⲉ'
ⲧⲟⲩϫⲛⲟⲩⲙ̄ⲙⲟϥ
ⲉⲣⲟⲟⲩ'ⲕⲁⲧⲁⲛⲉⲩ
ⲧⲱϣ . ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ
ⲉⲓⲙⲉ ⲇⲉ' ϫⲉ ϣⲁⲣⲉ
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ , ⲃⲱⲕ [3]
ⲉⲣⲁⲕⲟⲧⲉ [4] ⲛ̄ⲧⲉ
ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡϭⲙ̄ⲡϣⲓ
ⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓ
ⲥⲕⲟⲡⲟⲥ [5]. ⲁⲩⲱⲉ
ⲧⲃⲉ ⲧⲉⲭⲣⲉⲓⲁ ⲛ̄
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲉⲧϣⲱ
ⲛⲉ , ⲁϥⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉ'
ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ [6] ⲁϥϫⲟ
ⲟⲩϥ' ⲙⲛ̄ϩⲉⲛⲕⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲉ'ⲧⲃⲉ ⲧⲁⲓ
ⲁⲕⲟⲛⲉⲓⲁ̄ ⲛ̄ⲑ . . ⲛⲉ
ⲉⲧⲉ [7]. ⲉⲁϥⲥϩⲁï ⲛⲁϥ
ⲛ̄ⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ
ϣⲁⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟ
ⲡⲟⲥ' ⲉⲧⲃⲉ ⲡϭⲙ̄
ⲡϣⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲛⲉⲓ
ⲱⲧ [8]. ⲁⲩⲱⲙⲛ̄ⲛ̄
ⲥⲱⲥ ⲁϥⲁⲥⲡⲁⲍⲉ
ⲛ̄ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ' ⲙⲛ̄
ⲛⲉⲧⲛⲙ̄ⲙⲁϥ . ⲡⲉ
ϫⲁϥⲛⲁϥϫⲉϣⲓ
ⲛⲉ [9] ⲉⲡⲉⲓⲱⲧ' ⲛ̄
ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ [10] ⲧⲟⲛⲟⲩ [11]
ⲁⲩⲱ ϯϣⲓⲛⲉⲟⲛ
ⲉⲣⲱⲧⲛ̄ . ϫⲉ ⲡⲟⲗ

ⲗⲁⲕⲓⲥ ⲉⲛⲛⲁⲛⲁⲩ [12]
ⲉⲛⲉⲛⲉⲣⲏⲩ' ϩⲁϩ
ⲧⲛ̄ ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ'
ⲙⲛ̄ⲛⲉⲧⲛⲙ̄ⲙⲁϥ .
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲇⲉⲁⲩⲉⲓ'ⲉ
ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ̄ ϩⲛ̄ⲟⲩ
ⲙ̄ⲕⲁϩ ⲛ̄ϩⲏⲧ' ⲁⲩⲁ
ⲗⲉ [14] ⲉ'ⲡⲉⲩϫⲟ̄ï [15]. ⲉⲃⲟⲗ
ϫⲉ ⲁϥϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧ
ⲛⲁⲛⲁⲩ ⲁⲛ' ⲉⲣⲟï ⲛ̄
ⲕⲉⲥⲟⲡ . ⲉⲩⲥϭⲏⲣ [16]
ⲇⲉ ϩⲓⲡⲉⲩϫⲟï , ⲉⲛ
ⲥⲁⲙ̄ϩⲓⲧ [17] ϣⲁⲛⲧⲟⲩ
ⲡⲱϩ ⲉⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲟⲩ' [18]
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ . ⲁⲩⲕⲱ
ⲱⲃⲉ [19] ⲙ̄ⲡⲉⲩϫⲟï ⲙ̄
ⲡⲙⲁⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ .
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲇⲉ ⲁⲩⲣⲓ
ⲙⲉ' ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲗⲩⲡⲉⲓ
ⲉⲙⲁⲧⲉ . ⲁⲩⲱⲡⲉ
ϫⲁⲩ ϫⲉⲡⲁïⲡⲉ
ⲡⲙⲁⲉⲓⲛ ⲛⲁⲙⲉ' .
ϫⲉ ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲟⲃ
ϣϥ̄ⲉⲣⲟⲛ' ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ' [20] ⲛ̄ⲕⲟ
ⲧⲕ̄ ⲉ'ⲃⲟⲗϫⲉ ⲉⲧⲓ
ⲉϥϩⲙ̄ⲡⲥⲱⲙⲁ
ⲛⲙ̄ⲙⲁⲛ ⲙ̄ⲡⲉ
ϩⲱⲃ ⲛ̄ⲧⲉïⲙⲓⲛⲉ
ⲧⲱⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲛ
ⲉⲛⲉϩ : ⲁϥⲟⲩⲱ
ϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁⲑⲉ
ⲟ'ⲇⲱⲣⲟⲥ' ⲉϥϯⲧⲱⲕ'
ⲛ̄ϩⲏⲧ' [21] ⲛⲁⲩ . ⲉϥϫⲱ

A D-

ADNOTATIONES.

[a] Primam hanc paginam, ægyptii sermonis servata simplicitate, sic interpretor: „ *Et Fratres in omnibus rebus, de* „ *quibus iuxta illorum Statuta interrogatio facta esset, dirigebat.* „ *Cum autem sciret, Fratres illo anno Alexandriam pergere debere* „ *quum ut Archiepiscopum inviserent, tum etiam ob ægrotorum* „ *Fratrum necessitates, Theodorum vocavit, eumque una cum aliis* „ *Fratribus misit, contubernio ministrandi causâ, scriptâ tamen* „ *prius, eique tradita epistola ad Archiepiscopum, ut Patrem no*„ *strum inviseret. Postea vero Theodorum eiusque in itinere socios* „ *amplexus est: ac Theodorum ita est affatus:* „ Salutem dici„ te Patri Fidei: Surgite: illud vobis prænuncio, non amplius „ futurum esse, ut sæpe nos invicem conspiciamus nisi apud „ Patrem nostrum, eiusque (sanctos in cælo) collegas. „ Di„ scesserunt autem ab eo Fratres, suumque in navigium inscen„ derunt, sed valde mœsti, propterea quia illis dixerat: Me „ rursus non videbitis. Ac septentrionem versus suo ipsorum „ vecti navigio velificarunt, donec Antinoopolim pervenirent, „ ubi inhibita fuit ipsorum navis. Plorare tunc Fratres, ac ma„ gnopere contristari, inquientes: Indicio revera hoc manifesto „ est Deum post Patris nostri obitum oblitum nostri esse: si „ enim is in corpore nobiscum adhuc foret, nihil tale nobis „ unquam occurreret. Theodorus vero Abbas animos eis ad„ dens, Ne timeatis, inquit: etenim „ etc.

[1] De Petronio Pachomianorum Monachorum secundo, proxime post S. Pachomium, Abbate Generali sermonem heic esse non dubitabit quisquis omnia diligenter expenderit. De ipso valde pauca quidem, sed admiratione digna scribit vetustissimus Auctor græcus, quem paulo ante nominavi: de illo autem loquitur num. 74, et 75. apud Bollandianos tom. 14. pag. 324, et aliquanto copiosius num. 49. pag. 315. Obiit duobus circiter post S. Pachomium mensibus ex contagione, quæ tunc in Thebaide grassabatur.

[2] ⲚⲚⲈⲤⲚⲎⲨ, *Fratres*) Idest, Monachos: nec enim eo tunc provecta erat fastidiosa, mollitudo dicam, an consuetudo? ut ab honestissima hacce, et Apostolici ævi, Christianoque homini maxime consentanea *Fratris* denominatione quasi minus honorifica, et humanæ superbiæ nequaquam blandiente alieniores essent, aut fastu turgidi magnificis titulis inhiarent, quod nonnulli faciunt, illis, quos consuetudo adoptaverit, aut toleraverit,

rit, non contenti. Quamobrem illud mihi semper animadversione summaque laude dignum atque admiratione visum fuit, quod Romani Pontifices, etsi Episcopis totius Orbis omnibus semper a S. Petri ætate ad nostram usque præeminuerint, horum vero plurimi venerando Episcopi titulo non contenti, temporis decursu aut Patriarchas se se appellarint, aut Primates, aut Archiepiscopos, aut alios etiam minus Ecclesiasticos titulos affectarint, Summi tamen Pontifices nullum alium sibi ipsi titulum tribuant, quam *Episcopi*, aut *Papæ*, hoc est Patris, aut Patrum Patris: imo se ipsi servos servorum Dei usque a duodecim saltem seculis nuncupent.

[3] Virgula, quam ante ⲃⲱⲕ scripsit librarius, delenda est. Alia huius modi ipse per se lector animadvertat in posterum.

[4] ⲉⲣⲁⲕⲟⲧⲉ) Memphitis ⲣⲁⲕⲟϯ, *Racoti*, Thebæis vero ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ, *Racote*, est Alexandria. Quo modo Thebæi potissimum vetus illius urbis nomen retinentes nuncupant: Memphitæ enim recentiori etiam nomine Alexandriam interdum appellant. Profanis scriptoribus ignota non fuit antiqua illa appellatio. Nam nomen ῥακότις, *Rhacotis*, in Strabone, Pausania, et Stephano Byzantio legi monet etiam Lacrozius in ⲣⲁⲕⲟϯ. Sed hisce Plinius addendus est, qui lib. 5. Hist. Nat. num. 12. pag. 76. Venetæ editionis, quæ nuperrime in lucem prodiit: *Sed iure laudetur* (inquit) *in littore ægyptii maris Alexandria, a Magno Alexandro condita in Africæ parte . . . qui locus antea Rhacotes nominabatur*. Porro bis Zacchæum Abbatem, et una cum ipso, ut probabile mihi videtur, Sanctum etiam Theodorum Alexandriam navigasse (anno scilicet Domini 347, et rursus post obitum S. Pachomii, ut heic etiam narratur, anno 348.) affirmat accuratissimus scriptor Tillemontius in S. Pachomio art. 17. pag. 206. Equidem brevis esse cum studeam, in chronologicis spinetis me nunc implicare non possum.

[5] ⲙ̄ⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ, *Archiepiscopum)* Sanctum nempe Athanasium. Nimirum Alexandrinus Episcopus Athanasii ipsius ætate et Archiepiscopus, et *Papas*, seu *Papa* vocari cœperat: ambos enim hosce titulos ipsemet tribuit S. Alexandro in secunda Apologia; epistolæ autem suæ de Synodis Ariminensi ac Seleuciensi inscriptæ Arianorum epistolam inserit tom. 1. pag. 583. edit. Patav. hunc habentem titulum: μακαρίῳ πάπα καὶ ἐπισκόπῳ ἡμῶν ἀλεξάνδρῳ, *beato Papæ, et Episcopo nostro Alexandro*. Græcus quoque scriptor, aut fortasse Interpres Vitæ S. Pachomii etc. modo Archiepiscopum vocat, modo Papam S. Athanasium.

 [6] ⲉ̀ⲑⲉ-

[6] ⲉ̀ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ', *Theodorum)* Hicce est Sanctus ille Theodorus, quem superius dixi, Sancti Pachomii discipulus. Obiit anno Christi Domini 368. Legenda autem sunt quæ copiose de ipso scripsit Ægyptius Episcopus Ammon in epistola ad Theophilum Papam Alexandrinum, ac S. Athanasius tom. 1. pag. 693, et seqq. et accuratissime Tillemontius tomo 7. Ægyptia Ecclesia in iis Precibus, quas *Litanias* vocare nos consuevimus, Sancti huius opem implorat, ut videre licet in Theotociis pag. 43, et in libro Pontificali part. 1. pag. 153.

[7] ⲛ̄ⲑ..ⲛⲉⲉⲧⲉ', *della camerata)* Zacchæi nempe, ceterorumque in itinere comitum monachorum. Tertia litera fere evanuit in membrana: sed legendum haud dubie, ⲛ̄ⲑⲉ̀ⲛⲉⲉⲧⲉ', quod thebaico more scriptor noster dicit pro ⲛ̄ⲧϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ'. *Diversas cellulas, et ternos per unam cellulam habitantes* monachos Pachomianos commemorat Auctor Vitæ S. Pachomii etc. num. 15. pag. 301. Ægyptius vero Episcopus Ammon cap. 3. num. 18. pag. 833, et 354: τῷ προεστῶτι τῆς οἰκίας (inquit)... παρήγγειλεν, *Præposito contubernii præcepit* (S. Theodorus). Sozomenus demum Hist. Eccl. lib. 3. cap. 13: *Præscripsit* Angelus Pachomio (inquit), *ut multas* ædiculas *extrueret, et in singulis tres monachi commorarentur, in una tamen domo omnes cibum caperent.* Jam vero nomine ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ' (sive, ut mox librarius scribit, ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲏ') trium aut plurium monachorum simul in monasterio habitantium, aut peregre proficiscentium, aut opificiis vacantium coitio vocabatur apud Tabennesiotas, ut hinc didici: quod nos *contubernium*, aut cum S. Hieronymo, atque Ammone *οἰκίαν*, seu *domum*, aut etiam *ædiculam* interpretari possumus. Huiusmodi autem contubernia in uno eodemque monasterio Pachomiano plura erant.

[8] ⲙ̄ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ, *Patrem nostrum)* S. Athanasium ipsum videlicet, ut reor: quem mox scriptor noster appellat etiam ⲙ̄ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲛ̄ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ', *patrem fidei*.

[9] ϣⲓⲛⲉ) *Salutate*, vel *invisite*, *visitate:* vel *saluta*, *invise*.

[10] *Patrem Fidei*. Hoc est S. Athanasium.

[11] ⲧⲟⲛⲟⲩ) Interpretor, *surgite*. Memphita Interpres Psalm. 16. vers. 13: ⲧⲱⲛⲕ, *surge*: et Psalm. 24. vers. 11. ⲁⲩⲧⲱⲛⲟⲩ, *surrexerunt*.

[12] ⲉⲛⲛⲁⲛⲁⲩ) Verbum aliquod, puta ⲛ̄ⲥⲁ, vel ⲛ̄ⲥⲁⲃⲏⲗ, *nisi*, *præterquam*, quo sententia perficiatur, a librario omissum esse existimo post ⲉⲛⲉⲛⲉⲣⲏⲩ. Loci sententia sane illa esse debet, quam in Versione expressi, ut ex iis apparet quæ continuo

nuo noster subdit historicus. Huc accedit, quod vocis ipsius ⲉⲛⲛⲁⲛⲁⲩ (pro qua scribendum potius fuisset ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲛⲁⲛⲁⲩ ⲁⲛ) prima litera ⲉ ita exarata est, ut videatur librarius scribere initio voluisse ⲧⲛ̄ⲛⲁⲛⲁⲩ, *videbimus*; sed ex inchoata litera ⲧ literam ⲉ postea nova plane ratione efformavit, prorsus similem videlicet latinæ literæ *minusculæ* e.

[13] ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ, *Patrem nostrum)* Pachomium scilicet, qui paucos ante menses vita functus erat anno Martyrum sexagesimo quinto, Christi 348. Titulo autem hoc ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ, seu memphitice ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ, nihil frequentius apud Ægyptios. Ita Abbatem Monachi antonomastice ac sine addito, ita universi (addito nomine) Patriarcham, Episcopum, Abbatem appellabant. Exempla occurrunt passim in Theotociis, et in Liturgicis quibuslibet codicibus. Sanctus ipse Athanasius in epistola, quæ extat tom. 1. pag. 693. sic loqui non dubitavit: τȣ̃ πατρὸς ἡμῶν παχωμίȣ, *Patris nostri Pachomii*. De Sancto Pachomio diligentissime, ut solet, Tillemontius scripsit tomo septimo.

[14] ⲁⲩⲁⲗⲉ, *inscenderunt)* Theb. ⲁⲗⲉ, memph. ⲁⲗⲏⲓ, hebraice עלה, *hhalé*, est *ascendere*. Vide Didymum Taurinensem pag. 108.

[15] ⲉⲡⲉⲩϫⲟⲓ̈, *in ipsorum navigium)* Duo habebat Tabennesiotarum monasterium, eaque vitilia, opinor, navigia, *ex papyro, scirpo, et arundine*, ut Plinius lib. 7. Hist. Nat. num. 57. indicat: quorum uno, cum opus erat, Alexandriam per Nilum navigabant, vivente S. Pachomio: sed eorum numerus post huius obitum auctus fuit.

[16] ⲉⲩⲥϭⲏⲣ) ⲥϭⲏⲣ ϩⲓ ⲡϫⲟⲓ̈ est *navigare*, *vehi nave*. Apud Tukium quoque pag. 286. thebæus Actorum Apostolicorum Interpres eodem modo loquitur, sed emendatione indiget locus. Quod enim Textus græcus habet, ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ, et Vulg. Int. *navigavimus*, id ibi est, ⲁⲥϭⲏⲣ ϩⲓⲉⲩϫⲟⲓ: legendum vero est ⲁⲛⲥϭⲏⲣ pro ⲁⲥϭⲏⲣ, ac fortasse ⲟⲩϫⲟⲓ pro ⲉⲩϫⲟⲓ. Verbo igitur solitario ⲥϭⲏⲣ significari videtur, *velificare*, *vehi*.

[17] ⲛ̄ⲥⲁⲙ̄ϩⲓⲧ, *versus septentrionem)* Nempe Alexandriam versus ex Bou per Nilum.

[18] ⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲟⲩ') Merito librarius scribit non per ϯ, sed per ⲧⲓ et heic ⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲟⲩ', et mox ⲉⲧⲓ: græca enim hæc sunt, non mere ægyptia. Quamvis autem græcis ἀντινόȣ, *Antinoi*, sit genitivus, quem casum ægyptii non norunt, eo tamen hi utuntur quasi nomine indeclinabili, ut ipsorum fert lingua. De pudenda eius denominationis origine lege S. Athanasium Orat.

contra Gentes num. 9. Lucius Antinoopolis episcopus, Sancto Alexandro Alexandrinorum Pontifice, schismaticus erat Melitianus, ut constat ex Breviario apud S. Athanasium exscripto tom. 1. pag. 148.

[19] ⲁⲩⲕⲱⲱⲃⲉ, *inhibuerunt*, idest, *inhibita fuit*: *fu arrestata*) Arianorum machinationibus, et ægyptii Ducis, aut Constantii Imperatoris iussu facta hæc esse non dubito, idque ex Ammonis etiam epistola num. 21. pag. 356. colligo. Verbum ⲕⲱⲱⲃⲉ, sive, ut paulo post librarius scribit, ⲕⲱⲱϥⲉ, interpretor, *inhibere*: *sistere*: *vetare ne ulterius progrediatur* navis. Illud tamen ⲉ radicale esse certo asseverare nequeo: fieri enim posset, ut radix foret ⲕⲱⲱⲃ, litera vero ⲉ casus nota: sed quum pag. 259. mox scribatur ⲕⲟⲟⲃⲉϥ, non vero ⲕⲟⲟⲃϥ̄, literam illam ⲉ radicalem esse existimo.

[20] *Pater noster*. Hoc est, S. Pachomius.

[21] ⲉϥϯⲧⲱⲕ ⲛ̄ϩⲏⲧ, *confortans*, *consolans*) ϯⲧⲱⲕ ⲛ̄ϩⲏⲧ, vel ⲧⲏⲕ ⲛ̄ϩⲏⲧ est *animos addere*: *far coraggio*: *animos inflammare*: memphitice enim ⲑⲱⲕ est, *accendere*. Apud Tukium pag. 305. Zachariæ locum thebaice afferentem quod græcus Interpres dicit, *habitabit Jerusalem* πεποιθότως, *confidenter*, Thebæus vertit, ⲉⲥⲧⲏⲕ ⲛ̄ϩⲏⲧ, *coraggiosa*: *fiduciæ ac securitatis plena*.

Pagina II.

ⲤⲚⲎ

ⲙ̄ⲙⲟⲥ' ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲣ̄ϩⲟ
ⲧⲉ [b] ⲛⲁⲥⲛⲏⲩ, ⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ ⲅⲁⲣ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲙⲛ̄ⲛⲉ
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄ⲡⲉⲛⲉⲓ
ⲱⲧ' ϥϣⲟⲟⲡ ⲛⲙ̄
ⲙⲁⲛ ϩⲱⲱⲛ ⲟⲛ:
ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ [1] ⲅⲁⲣ
ⲙ̄ⲡⲟⲟⲩ ⲉϥⲟ ⲛ̄ ϣⲃⲏⲣ'
ⲉⲡⲣ̄ⲣⲟ ⲙ̄ⲡⲉïⲕⲟⲥ
ⲙⲟⲥ' ⲕⲁⲛ'ⲉϥⲟⲩ
ⲏⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ' ⲙⲉϥⲣ̄
ϩⲟⲧⲉ ⲉϩⲏⲧ ϥ̄ⲛ̄:
ⲗⲁⲁⲩ [2] ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ
ϫⲉ ϥⲟ'ⲛ̄ϣⲃⲏⲣ' ⲉ
ⲡⲣ̄ⲣⲟ. ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲙⲟⲛ
ⲟⲛ ϫⲉ ⲙⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ' ⲉϣⲣ̄ⲡⲉ
ⲑⲟⲟⲩⲛⲁϥ · ⲁⲗⲗⲁ
ϣⲁⲣⲉⲕⲉⲙⲏⲏϣⲉ
ⲧⲟϭⲟⲩ [3] ⲥⲣⲟϥ' ⲛϥ̄
ⲕⲁⲣⲡⲁⲍⲉ' [4] ⲙ̄ⲙⲟ
ⲟⲩ, ϫⲉ ⲥⲉⲥⲟⲟⲩⲛ
ϫⲉⲡⲣ̄ⲣⲟⲙⲉⲙ̄ⲙⲟϥ'.
ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ' ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ
ⲟⲩⲟⲉⲓϣ' ⲛϥ̄ⲕⲁ
ⲧⲉϥⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛ̄ⲥⲱϥ
ⲛϥ̄ⲃⲱⲕⲉⲧⲡⲟ
ⲗⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲣⲟ'ⲙⲏ
ϥⲛⲁϭⲛ̄ϩⲟⲩⲉⲡⲁⲣ
ⲣⲏⲥⲓⲁ ⲁⲛ' ϫⲉ ⲁϥ
ϩⲱⲛ'

ϩⲱⲛ'ⲉϩⲟⲩⲛ'ⲉⲡⲣ̄
ⲣⲟ' ⲉ̀ⲡⲣ̄ⲣⲟ ⲙ̄ⲡⲉï
ⲕⲟⲥⲙⲟⲥ ⲣⲱ ⲡⲉ.
ⲁⲛⲟⲛ ϩⲱⲱⲛ'ⲟⲛ
ⲉϣϫⲉⲙ̄ⲡⲉⲩⲟ
ⲉⲓϣ' [5] ⲉⲛⲉϥϣⲟⲟⲡ
ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲛ' ϩⲓϫⲙ̄
ⲡⲕⲁϩ' ⲛ̄ϭⲓⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ. ⲛⲉⲣⲉⲡⲣ̄
ⲣⲟ' ⲛ̄ⲛⲣ̄ⲣⲱⲟⲩ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲧⲏ
ⲣϥ ⲉⲓⲣⲉ ⲛ̄ϩⲉⲛⲛⲟϭ
ⲙ̄ⲡⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ
ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲛ' ⲉⲧⲃⲉ
ⲛⲉϥⲥⲟⲡⲥ̄ⲙⲛ̄
ⲛⲉϥϣⲗⲏⲗ ⲉ̄ⲧϥ
ⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ϩⲁ
ⲣⲟⲛ' ϩⲛ̄ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ'
ⲉïⲉ ⲧⲉⲛⲟⲩ ϩⲙ̄
ⲡⲧⲣⲉϥϩⲱⲛ' ⲉ
ϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲙⲏ̄ ⲛ̄ϥⲛⲁⲥⲱ
ⲧⲙ̄ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥⲉⲡⲉ
ϩⲟⲩⲟ'ⲉϥⲥⲙ̄ⲙⲉ' [6] ϩⲁ
ⲣⲟⲛ' [7] ⲉϥϣⲟⲟⲡ
ϩⲛ̄ⲛⲉⲥⲕⲏⲛⲏ
ⲛ̄ⲛ̄ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ [8]
ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ' ⲉϥϣⲁⲛ
ⲇⲟⲕⲓⲙⲁⲍⲉ ⲙ̄
ⲙⲟⲛ' ⲛ̄ϥⲧⲙ̄ⲃⲟ
ⲏ̄ⲑⲉⲓⲉⲣⲟⲛ, ⲛ̄ⲟⲩ
ⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲛⲁⲛⲁⲛ
ⲧⲉⲧⲁï ⲉⲥⲧⲁ
ϫⲣⲏⲩ' ⲉⲧⲣⲉⲛϫⲟ
ⲟⲥ' ϫⲉ ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲕⲁⲁⲛ'ⲛ̄ⲥⲱϥ' ϩⲙ̄

ADNOTATIONES.

[b] ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲣϩⲟⲧⲉ etc.) „ *Ne timeatis, inquit, Fratres mei: etenim Dominus Deus, qui cum Sanctis omnibus, et cum Patre nostro est, nobiscum etiam est. Nam si quis hodie homo mundani Regis amicus fuerit, ille quamvis longe postmodum abiens ab hoc se se amoveat, nullum tamen hominem timet, propterea quia Regis amicus est: ac non modo nullus ei homo mali quidquam facit, sed multitudo etiam ipsi adhæret, hancque ille defrugat, quia ipsum Regi charum esse populus non ignorat. Idem ille igitur si sua post aliquantum temporis relicta civitate ad Regiam urbem postea revertatur, nonne maiorem fiduciam*, ac loquendi libertatem *acquiret, quia ad Regem propius accessit? At mundi huiũs tamen* (ac terrenus) *Rex ille est*, (non cælestis). *Id ipsum de nobis etiam dico: si enim nobiscum Pater noster in terra nunc esset, magna nobis Rex Regum Dominus ob illius preces, orationesque, quas pro nobis quacunque occasione fundebat, beneficia conferret: Nonne ergo nunc Dominus, cui propius adest, illum magis quam antea exaudiet pro nobis intercedentem, atque in* tabernaculis iustorum *habitantem? Etenim si dum nos Dominus probare, nec opem nobis ferre vult, talis nobis, tamque parum firma fides est, ut dicamus, a Domino derelictos*

„ *nos*

„ *nos esse, dum navis nostra inhibita fuit : si ergo terrena* „ etc.

[1] ⲉϣϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ, *se un uomo*) Parabolis atque exemplis ea illustrare quæ dicebat, a magistro suo Pachomio didicerat Theodorus.

[2] Perperam librarius, ⲛ̄ : ⲗⲁⲁⲩ. Dele duo illa puncta, et lege ⲉϩⲏⲧϥ̄ ⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ.

[3] ⲧⲟϭⲟⲩ) Theb. verbum, ⲧⲱϭⲉ, *adhærere*, vidimus pag. 13. Matth. XIX. 5. Illud memphitico verbo ⲧⲱⲙ, spectata utriusque significatione, respondere ibidem dixi : nunc vero spectata grammatica derivatione affinia esse aio theb. ⲧⲱϭⲉ, et memphiticum ⲧⲱϫⲓ, *plantare, inseri planta*. Propter suffixum vero, cum ⲟ micro scribitur ⲧⲟϭⲟⲩ.

[4] ⲕⲁⲣⲡⲁⲍⲉ') Notandus accentus. Græci non καρπάζεσθαι dicunt, sed καρπίζεσθαι, *defrugare* : *nimia fetura exhaurire*. Sed Alexandrini forsitan vocem corruperant : atque hinc thebæis, ⲕⲁⲣⲡⲁⲍⲉ, nisi mendum est in membrana.

[5] ⲙ̄ⲡⲉⲩⲟⲉⲓϣ') Accipio quasi scriptum sit ⲙ̄ⲡⲉⲓⲟⲩⲟⲉⲓϣ', *hoc tempore*.

[6] ⲥⲙ̄ⲙⲉ', *intercedere, deprecari*) Memph. ⲥⲉⲙⲓ.

[7] ⲉϥⲥⲙ̄ⲙⲉ' ϩⲁⲣⲟⲛ, *intercedentem pro nobis*) En illa Sanctorum intercessio, cui nostra innititur invocatio, quam Luthero duce hæretici de medio sublatam vellent. Sed quo plura in lucem emittentur veterum monumenta, eo magis magisque catholica dogmata confirmata videbimus.

[7] Locutio Biblica e Psalm. 117. vers. 15.

Pagina III. ⲥⲗⲍ

ⲡⲧⲣⲉⲩⲕⲱⲱϥⲉ'
ⲙ̄ⲡⲉⲛϫⲟⲓ̈ : ⲉⲓ̈ⲉ ᶜ
ⲉϣⲱⲡⲉ ⲉⲩϣⲁⲛ
ⲉⲝⲱⲣⲓⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲛ'
ⲛ̄ϭⲓⲛⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁⲙ̄
ⲡⲕⲁϩ · ϩⲱⲥⲧⲉ' ⲉ
ⲧⲣⲉⲛϣⲱⲡⲉ ϩⲛ̄
ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧϩⲙ̄ϩⲁⲗ'
ⲛ̄ⲑⲉⲛ̄ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ
ⲙⲛ̄ⲛⲉϥϣⲃⲉⲉⲣ'
ⲛⲁⲓ̈ ⲉⲛⲧⲁⲩⲥϩⲁⲓ̈
ⲛⲁⲛ' ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲟⲩ
ϫⲉ ⲛⲉⲩϣⲟⲟⲡ ⲡⲉ'

ϩⲛ̄ ⲧⲁⲩⲗⲏⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄
ⲣⲟ' ⲛ̄ⲁⲛⲟⲙⲟⲥ' ⲛⲁ
ⲃⲟⲩⲭⲟⲇⲟⲛⲟⲥⲟⲣ
ⲉⲩⲟ' ⲛⲁϥ ⲛ̄ϩⲙ̄ϩⲁⲗ'
ⲟⲩ̂, ⲡⲉⲧⲛ̄ⲛⲁϫⲟ
ⲟϥ · ⲛⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ
ⲅⲁⲣ ⲛⲉⲩϩⲩⲡⲟⲧⲁⲥ
ⲥⲉ ⲛⲁϥ' ϩⲛ̄ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙ' ⲭⲱⲣⲓⲥⲟⲩ
ϩⲱⲃ' ⲉⲩⲛⲁⲣ̄ⲛⲟ
ⲃⲉ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛ̄
ϩⲏⲧϥ̄ :
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ

ⲧⲁ-

ⲧⲁϩⲟ' ⲉⲣⲁⲧⲥ̄ ⲛ̄
ⲑⲓⲕⲱⲛ' [2] ⲛ̄ⲛⲟⲩⲃ
ⲉϥϫⲟⲟⲥⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲉ
ⲧⲉⲧⲛ̄ⲧⲙ̄ⲟⲩⲱ
ϣⲧⲛⲁⲥ'ϯⲛⲁⲇⲓ
ⲙⲱⲣⲉⲓ [3] ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄.
ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲁⲩⲥⲱ
ⲧⲡ̄ⲛⲁⲩⲙ̄ⲡⲁⲓ̈ [4] ⲁⲩ
ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ' [5] ⲛ̄ ⲛⲉⲩ
ⲥⲱⲙⲁ' ⲉⲡⲕⲱϩⲧ̄
ⲉϩⲟⲩⲉ ⲉⲣⲟⲥ ⲉ'ⲧⲣⲉⲩ
ⲁⲣⲛⲁ' [6] ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲛ̄ⲛⲉⲩⲉⲓⲟⲧⲉ:
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ̈ⲣⲱ̄ ⲁⲡⲙⲁ
ⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̄ⲁⲡⲟⲥⲧⲟ
ⲗⲟⲥⲡⲉⲧⲣⲟⲥ' ⲥϩⲁⲓ̈
ⲛⲁⲛ' ϫⲉ ⲑⲃ̄ⲃⲓⲉ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲥⲱⲛⲧ̄
ⲛⲓⲙ' ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ' ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ [7]. ⲉⲓⲧⲉ ⲟⲩ
ⲣ̄ⲣⲟ' ϩⲱⲥ ⲉϥϫⲟⲥⲉ.

ⲉⲓⲧⲉ ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ' [8]
ϩⲱⲥ̂ ⲉⲩⲧⲛ̄ⲛⲟⲟⲩ
ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟ
ⲟⲧϥ' ⲉⲡϫⲓⲕⲃⲁ'ⲛ̄
ⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲡⲉ
ⲑⲟⲟⲩ, ⲉⲡⲧⲁⲉⲓⲟ'
ⲇⲉ ⲛ̄ⲛ̄ⲣⲉϥⲣ̄ⲡⲉⲧ
ⲛⲁⲛⲟⲩϥ. ⲉⲩϩⲩ
ⲡⲟⲧⲁⲥⲥⲉ ⲛ̄ⲛⲁⲓ̈
ⲛ̄ⲧⲉⲓ̈ⲙⲓⲛⲉ ⲉⲧⲃⲉ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ. ⲁⲩⲱ ⲉ
ⲧⲣⲉⲧⲉϥϩⲟⲧⲉϣⲱ
ⲡⲉϩⲓϫⲱⲟⲩ, ⲛ̄ⲥⲉ
ⲁⲣⲛⲁ' ⲙ̄ⲙⲟϥⲁⲛ
ⲟⲩⲇⲉ ⲛ̄ⲥⲉⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ
ⲉⲣⲟϥⲁⲛ' ⲉⲧⲃⲉ
ϩⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲉⲩϣⲟ
ⲟⲡ' ⲙ̄ⲡⲟⲟⲩϩⲛ̄ⲟⲩ
ⲉⲝⲟⲩⲥⲓⲁ' ⲕⲁⲧⲁⲥⲁ
ⲣⲝ' [9]. ⲕⲁⲧⲁⲡϣⲁϫⲉ [d]
ⲟⲛ' ⲙ̄ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ'

ADNOTATIONES.

[a] ⲉⲓⲉ etc.) „ *Si ergo terrenæ Potestates in exilium nos mit-
„ terent, adeo ut in servitute essemus ut Daniel, eiusque sodales,
„ de quibus scriptum nobis est, eos in aula iniqui Regis Nabucho-
„ donosori habitasse, eique servivisse; quid diceremus? Regi enim
„ qualibet in re subdebantur, iis tantum exceptis quæ si ab ipsis
„ fierent, peccaturi fuissent in Deum. Cum vero aureum postea si-
„ mulacrum erexisset, ait eis: Vos illud non adoratis: pœnas su-
„ mam de vobis. Sed supplicium ipsi potius elegerunt, ac sua cor-
„ pora igni tradidere, quam ut patrum suorum Deum abnegarent.
„ Hanc ipsam ob causam beatus Apostolus Petrus nobis scripsit* (ep.
„ I. II. 13.): „ Humiliate vosmetipsos cuilibet creaturæ huma-
„ næ propter Deum, sive Regi tamquam elevato, sive Ducibus
„ tamquam missis ab eo in ultionem illorum qui male agunt,
„ in honorem vero eorum qui bene agunt „. *Subiecti igitur hu-
„ iusmodi hominibus esse debent Christiani quum* propter Domi-
„ num, *tum etiam ut ipsius Dei timor sit super illos, eumque non
„ abnegent, neque in ipsum peccent illorum hominum causa qui ho-*

„ *die*

„ *die carnali (terrena) potestate funguntur, juxta illud etiam* „ *quod beatus Paulus ait* „ etc.

[1] ⲉⲝⲱⲣⲓⲍⲉ) Scribe, ⲉⲝⲟⲣⲓⲍⲉ, e græco verbo, ἐξορίζειν, *relegare*.

[2] ⲛ̄ⲑⲓⲕⲱⲛ', *statuam, imaginem)* Scribe, ⲛ̄ⲑⲉⲓⲕⲱⲛ', quod dicitur pro ⲛ̄ⲧϩⲉⲓⲕⲱⲛ': græce enim εἰκὼν, thebaice ϩⲉⲓⲕⲱⲛ est, *imago*.

[3] ϯⲛⲁⲇⲓⲙⲱⲣⲉⲓ, *puniam)* Scribe, ϯⲛⲁⲧⲓⲙⲱⲣⲉⲓ', ac rursus animadverte quam vetustæ sint hæ depravationes, cuiusmodi et illa est quam pag. 37. Joann. X. 22. vidimus, ubi ⲧⲉ scriptum est pro ⲇⲉ. Græce τιμωρεῖν est, *supplicio afficere*.

[4] ⲙ̄ⲡⲁï, *hoc)* nempe, *supplicium, pœnam*. Librarius postremam huius voculæ literam quum heic, tum alibi haud semel ita formavit, ut, nisi quod duo puncta superne gerat, ceteroqui similis plane sit nonæ Latinorum literæ qualem duobus circiter ab hinc seculis exhibere solent typographi cum consonans est, non vocalis: veteres enim eiusmodi in scriptura discrimen non noverunt. Eodem modo in Pontificali part. 2. pag. 7. scriptum videbis ⲓ in ⲉⲣⲟⲓ.

[5] ⲁⲩⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ', *tradiderunt)* Ex παραδιδοῦν infinito verbi græci pene obsoleti παραδιδόω, hoc est, ut crebrius loquimur, παραδίδωμι, suum ⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲇⲟⲩ efformarunt Thebæi, quod passim in Tukio occurrit.

[6] ⲉⲧⲣⲉⲩⲁⲣⲛⲁ', *ut negarent)* Græcum verbum ἀρνεῖσθαι, *negare*, corrumpentes thebæi suum ⲁⲣⲛⲁ' excuderunt, ut videre potes apud Tukium quoque pag. 551, et 554.

[7] ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, *propter Deum)* Græcus textus S. Petri, *propter Dominum*: quo modo Auctor etiam noster mox indicat se legisse.

[8] ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ', *Duci)* Scribendum sine dubio, ⲛ̄ϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ, *Ducibus*. Non solum enim Græcum exemplar, et Vulg. Int. ita habent, sed plurale etiam pronomen ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ, quod subiungitur, lectionem hanc exposcit.

[9] ⲕⲁⲧⲁⲥⲁⲣⲝ', *secundum carnem)* Locutio Biblica. Vide Tukium pag. 235. Dicitur autem *potestas secundum carnem*, idest temporalis, ut a potestate spirituali Ecclesiæ solius propria secernatur. Sed illud etiam animadvertere supervacaneum omnino haud erit, hocce ⲕⲁⲧⲁⲥⲁⲣⲝ' unius instar vocabuli ab ægyptiis haberi, ac pronunciari, ideoque literam ⲝ accentu affici a librario, et articulum femininum omitti. Simili modo in ægyptiis scriptis passim invenies ⲕⲁⲧⲁⲅⲉⲛⲟⲥ, ⲕⲁⲧⲁⲡⲟⲗⲓⲥ, ⲕⲁ-

ⲧⲁⲙⲁ, ⲕⲁⲧⲁⲙⲉⲣⲟⲥ, etc. Ægyptia enim lingua item ut vernaculæ dialecti nostræ ex pluribus vocabulis unum facere amat ac scribere: quam ob rem maiori excusatione ægyptii librarii, quam græci veteres, latinique calligraphi digni sunt, quod verba a verbis inter scribendum non disiungerent: sæpe enim ægyptia ne disiungi quidem commode possunt, ut superius vidimus in ⲛ̄ⲥⲉⲧⲙ̄ⲗⲟ, aliisque innumerabilibus. Sic in bononiensi etiam dialecto si seorsum dixeris *a*, et *n*, et *i*, nihil significabis: sin autem scripseris *anisonstâ*, valebit, *io non ci sono stato*.

ⲥⲛ̄ⲑ̄

Pagina IV.

ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ϫⲉ ⲉϣϫⲉ
ⲟⲩⲛ̄ϣϭⲟⲙ̄ⲙⲁⲣⲓⲁⲡⲁ
ⲧⲟⲧ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ [1] ⲉⲣ̄
ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ [2] ⲙⲛ̄ ⲣⲱ
ⲙⲉⲛⲓⲙ. ϩⲙ̄ⲡⲧⲣⲉϥ
ϫⲟⲟⲥ ⲇⲉ ϫⲉ ⲉϣϫⲉ ⲟⲩ
ⲛ̄ϣϭⲟⲙ ⲉϥⲟⲩⲱ
ⲛϩ̄ ⲙ̄ⲡϩⲱⲃ ⲛⲁⲛ
ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲉϣϫⲉ ⲛⲅ̄
ⲛⲁⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ ⲁⲛ ⲉⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ [3] ϩⲛ̄ⲧⲉⲕⲉⲓⲣⲏ
ⲛⲏ ⲉⲧⲕ̄ⲛⲁⲁⲁⲥ
ⲉⲓ̈ⲉⲁⲣⲓ ⲉⲓⲣⲏⲛⲏ
ⲙⲛ̄ ⲟⲩⲟⲛⲛⲓⲙ [4].
ⲉϣⲱⲡⲉ ⲇⲉ ϩⲱⲱϥ [5]
ⲟⲩϩⲁⲓⲣⲉⲧⲓⲕⲟⲥ ⲡⲉ
ⲏ̄ ⲕⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ·
ⲉⲕⲛⲁⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ ⲉⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ϩⲛ̄ ⲧⲉϥⲉⲓⲣⲏ
ⲛⲏ ⲉⲓ̈ⲉⲡⲱⲧⲉⲃⲟⲗ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉⲡⲟⲩⲉ ⲛ̄
ⲑⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲡⲏⲧ ϩⲏ
ⲧϥ̄ ⲛ̄ⲟⲩϩⲟϥ ϫⲉ ⲛ̄
ⲛⲉⲕⲙⲟⲩ ϩⲛ̄ⲧⲉϥ
÷ ⲙⲁⲧⲟⲩ ⲉⲑⲟⲟⲩ:
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲉ
ⲣⲟⲩⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲛⲉⲓ̈
ϣⲁϫⲉ ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲁⲡⲁ [6]
ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲁⲩⲥⲟⲗ
ⲥⲗ̄ ⲉⲙⲁⲧⲉ. ⲁⲩⲱ ⲛ̄
ⲧⲉⲣⲉⲣⲟⲩϩⲉ ϣⲱⲡⲉ
ⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲙ̄
ⲙⲁⲩ. ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, ϫⲉ ⲙⲁⲣⲛ̄
ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲛ̄ⲧⲛ̄
ϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ̈ ⲉⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ, ϥⲛⲁⲛⲁϩⲙⲛ̄
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ⲛⲉⲧⲡⲟ
ⲛⲏⲣⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲛ· ⲛ̄
ⲧⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲁⲩⲧⲱⲟⲩⲛ
ⲁⲩϣⲗⲏⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ̈ ⲉ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ̄· ϩⲛ̄ϩⲉⲛⲛⲟϭ
ⲛ̄ⲥⲟⲡⲥ̄ · ϩⲱⲥⲧⲉ ⲛ̄
ⲥⲉⲥⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄
ⲡⲉϣⲗⲏⲗ ϣⲁⲧⲡⲁ
ϣⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲩϣⲏ -
ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲙ̄ⲡⲉϩⲟ
ⲟⲩⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ · ⲁⲫⲏ
ⲅⲉⲙⲱⲛ ⲥⲉⲩϩ ⲛⲉϥ
ⲛⲟϭⲧⲏⲣⲟⲩⲉϩⲟⲩⲛ
ⲁϥϣⲁϫⲉ ⲛⲙ̄ⲙⲁⲩ
ⲛ̄ⲧⲉⲓ̈ϩⲉ ϫⲉ ⲁⲓ̈ⲛⲁⲩ
ⲉϩⲉⲛⲛⲟϭ ⲛ̄ϣⲧⲟⲣ
ⲧⲣ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲓ ⲟⲩϣⲏ
ϩⲱⲥⲧⲉ ⲡⲁⲣⲁⲟⲩ
ⲕⲟⲩⲓ̈ ⲛ̄ⲥⲉϥⲓ ⲛ̄
ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ [7]. ⲧⲉⲛⲟⲩ
ⲁⲓ̈ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲉϣⲁⲕ [8]

ⲚⲦⲀⲚⲀⲒ̈ ⲦⲀϨⲞⲒ̈
ⲈⲦⲂⲈ ⲠϪⲞⲒ̈ ⲚⲚⲢⲰ
ⲦⲀⲂⲚⲚⲎⲤⲈ' ⁹ ⲚⲦⲀ
ⲦⲈⲦⲚⲔⲞⲞⲂⲈϤ·
ⲠⲰⲦ' ϨⲚⲞⲨϬⲈ

ⲠⲎ'ⲚⲦⲈⲦⲚⲔⲀ
ⲀϤⲚⲀⲨⲈⲂⲞⲖ' ϪⲈ
ϨⲚ ϨⲰϨⲀⲖ' ⲚⲦⲈ
ⲠⲚⲞⲨⲦⲈ ⲚⲈ · Ⲛ
ⲦⲈⲨⲚⲞⲨ ᵉ ⲀⲨⲈⲒ ⲈⲂⲞⲖ

A D N O T A T I O N E S.

ᵉ ⲔⲀⲦⲀⲠϢⲀϪⲈ etc.) „ *iuxta illud etiam quod beatus Paulus ait* (ep. ad Rom. XII. 18.): „ Si possibile sit, quantum in vobis est, pacem habetote cum omnibus hominibus „. „ *Dum vero ait*, si possibile est, *suam nobis mentem declarat hanc esse: Si pace, quam facies, in Deum peccaturus non es, cum omnibus pacem fac* (habeto): *sin autem hæreticus est, aut alius quilibet homo tanta improbitate, ut pacem cum ipso facere nequeas quin pecces in Deum, longe ab ipso fuge, instar illius qui longe a serpente fugit, ne pessimo illius veneno interficiaris. Fratres vero quum hæc Theodori Patris verba audivissent, haud mediocri affecti sunt consolatione. Quumque vespera illo die facta est, Fratres in hunc modum est allocutus: Surgamus, et Dominum oremus; et ipse nos ab iis, qui maligne contra nos agunt, eripiet. Surrexerunt vero Fratres, ac prolixis Dominum precibus oravere, adeo ut ab oratione usque ad mediam noctem non distraherentur. Ac matutino illius diei tempore universos Optimates suos Dux* (vel *Præses) congregavit, eosque in hunc fere modum affatus est: Magnis hac nocte perturbationibus, ac visis vexatus fui, adeo ut parum abfuerit quin animam meam a me tollerent. Nunc vero hæc animo reputans intra memetipsum dixi: Heu me miserum? Propter Tabennesiotarum navigium a vobis inhibitum hæc mihi obtigerunt. Currite festinanter, ac ipsis illud liberum dimittite: nam servi Dei sunt. Statim vero Præsidis* „ etc.

¹ ⲀⲠⲀⲦⲞⲦ ⲐⲎⲨⲦⲚ) Notanda ægyptia hæc locutio, qua thebæus Interpres reddit Pauli illud: τὸ ἐξ ὑμῶν, *quantum in vobis est*: *per quanto dipende da voi*. Non audeo suspicari de mendo: sed primum illud ⲁ molestiam mihi aliquam creat. Peritiores viderint.

² ⲀⲢⲒ...ⲈⲢ' ⲈⲒⲢⲎⲚⲎ', *pacem habetote)* S. Paulus, εἰρηνεύοντες, *pacem habentes*: *stando in pace con tutti*. Sed scriptor noster, aut Sanctus Theodorus memoriter fortasse Paulum citat, vel sensu non mutato verba Pauli aliquantulum mutat. Porro

mem-

memphitici librarii cum leniori aspiratione (recte, an secus, ipsi viderint) scribere consueverunt, ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: sed thebæi sine aspiratione, et cum diphthongo. Vide superius pag. 76 ad Jerem. XIV. 19. Itaque quod apud Tukium pag. 314. scriptum est, ⲛ̄ϯⲣⲏⲛⲏ, *pacem*, mendosum videtur, ac scribendum ⲛ̄ⲧⲉⲓⲣⲏⲛⲏ.

[3] ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ) Diphthongum ⲟⲩ per compendium ita scribunt græci librarii, ut supra ⲟ parvum, scribant ⲩ; ægyptii e contrario prius scribunt ⲩ, tum superscribunt ⲟ micron.

[4] En quomodo privati homines impios, hæreticosve debeant tolerare. Tolerantiæ amantem se esse simulabat ille qui exilem, suoque auctore dignum de ea libellum edidit, quia tolerari volebat, non tolerare: nemo enim acerbius in catholicos scriptores, qui ab illo non dissentire non poterant, invectus est. Eadem plane ratione nunc quoque nonnulli se gerunt, quorum scripta audaciæ atque adeo impudentiæ plena stomachum movent, neque confutatione iam, sed contemptu digna iudicantur.

[5] ϩⲱⲱϥ) Thebaicum ϩⲱⲱϥ, quod Fragm. etiam decimoseptimo videbimus, et memphiticum ϩⲱϥ non semper valent, *etiam ille*, sed interdum, *ille*, duntaxat. Ita Psalm. 23. vers. 8, et 10. memphitica hæc: ⲛⲓⲙ ϩⲱϥ ⲡⲉ ⲡⲁⲓ ⲟⲩⲣⲟ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲱⲟⲩ, significant, *Quis est iste rex gloriæ?*

[6] ⲁⲡⲁ *Pater spiritalis*) Tres præ ceteris ab Ægyptiis titulos usurpari animadverti, quoties Episcopum aliquem, aut Abbatem, aut Sanctum Cælitem quoque, honoris causa nominant: nimirum ⲁⲡⲁ, et ⲁⲃⲃⲁ, et ⲡⲁⲡⲁ, seu ⲡⲁⲡⲁⲥ. Primus Thebæis, Memphitisque usitatus in Litaniis Sanctorum Sancto Martyri Menæ tribuitur ab ægyptia Ecclesia in Theotociis pagg 172, et 222: ibi enim is vocatur ⲡⲓ ⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲙⲏⲛⲁ, i. e. *Sanctus Apa* (Pater) *Menas*: similique modo Sanctus Pgiol (nec enim melius ægyptium illius nomen ⲡϫⲱⲗ latinis literis fideliter reddi potest) aut, si malis ita vocare, Sanctus Pegiolus, quamvis presbyter tantum, pag. 42. nominatur ⲁⲡⲁ ⲡϫⲱⲗ ⲡⲓ ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ, *Apa* (*Pater*) *Pgiol presbyter*. Alterum Memphitæ crebro in ore habent: utrum vero thebæi quoque, necdum novi. Ita Deiparæ Sponsus S. Josephus in Theotociis pag. 216. ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲓⲱⲥⲏⲫ, *Pater noster Abba Joseph*, appellatur. Hunc ipsum vero titulum Præsuli cuilibet, sive Abbas is fuerit, sive Episcopus, sive Archiepiscopus, sive Patriarcha, sive Papa, passim attribui, ac proprio cuiusque nomini præponi, ex Liturgicis codicibus manifestum est. De tertio autem titulo

tulo ⲡⲁⲡⲁ, seu ⲡⲁⲡⲁⲥ, quatenus Græcis usitatus est, nihil dicam: res enim est notissima. De ipso autem quatenus ægyptius est, maximeque apud Ægyptios honorificus, examinanda hæc aliis relinquo: utrum a primi tituli origine diversam plane habeat, atque e Græcia in Ægyptum migraverit; an vero ex articulo masculino, et ⲁⲡⲁ componatur, aut etiam ex ⲁⲡⲁⲥ, *Senior*, et ex ægypto in Græciam, et Latium delatum sit: eo fere modo quo in Europa ex hoc ipso vocabulo, *Senior*, derivarunt Itali, *Signore*, Hispani *Señor*, Galli *Seigneur*. Illud sane constat *Papæ* titulum ab Ægyptiis nulli alteri tribui, quam Alexandrino Præsuli, Romanoque Pontifici: quorum ille etsi passim, crebriusque ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ, *Archiepiscopus*, in Liturgicis eorum libris vocetur, huic tamen titulo interdum adjungitur ⲡⲁⲡⲁ, ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲛ̄ⲧⲉ ϯ ⲣⲁⲕⲟϯ, *Papa, et Patriarcha Alexandriæ:* Romanus vero Pontifex ⲡⲁⲡⲁ simpliciter dicitur, nisi forte alicubi ab Alexandrino Præsule ad tollendam ambiguitatem distinguendus sit: tunc enim ⲡⲁⲡⲁ ⲛ̄ⲧⲉ ϯ ⲣⲱⲙⲏ, *Papa Romæ*, ab ipsis denominatur. Præter titulos hosce Alexandrino cuilibet Episcopo communes, proprium quemdam singulis, si Sancti sint, attribuunt plerumque Ægyptii, ut alteri cuilibet Sancto Cœliti fere solent. Ita primus eorum Præsul S. Marcus Euangelista vocatur ⲛ̄ⲑⲉⲟⲣⲣⲏⲙⲉⲛⲟⲥ (idest θεοῤῥήμων, *divinitus loquens*), sive, ut est apud Lacrozium, ⲑⲉⲟⲣⲓⲙⲟⲥ, nisi tamen ob compendium perperam acceptum, ut suspicor, ex ⲑⲉⲟⲣⲣⲏⲙⲉⲛⲟⲥ factum sit ⲑⲉⲟⲣⲓⲙⲟⲥ. Sanctum vero Athanasium vocant ⲛ̄ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲟⲥ', *virum Apostolicum*: et S. Petrum Alexandrinum, ⲛ̄ⲓⲉⲣⲟⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ', *Hieromartyrem*.

[7] *Animam meam tollerent*) Locutio Biblica ex Joann. X. 24.

[8] De hac interiectione superius dixi pag. 114.

[9] De nomine ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏⲥⲉ' dicam paulo post, ad paginam 265. huius Fragmenti.

Pagina V. ⲥ̄ⲍ̄

ⲉⲩⲡⲏⲧ' ⲉⲩⲥⲁⲛⲉⲩ
ⲉⲣⲏⲩ ⲛ̄ϭⲓⲛ̄ϩⲙ̄ϩⲁⲗ
ⲙ̄ⲡϩⲏⲅⲉⲙⲱⲛ.
ⲁⲩⲱⲁⲩϫⲓⲥⲙⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧⲟⲩ
ⲁⲩⲕⲁⲡⲉⲩϫⲟï ⲉ
ⲃⲟⲗ · ⲁϥⲕⲧⲟϥ

ⲇⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁⲑⲉⲟⲇⲱ
ⲣⲟⲥ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ϫⲉ ⲁⲛⲁⲩ ⲉ
ⲧⲙ̄ⲛ̄ⲧⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ̀ ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲛ
ⲧⲁϥ ⲉⲓⲣⲉⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲛ [1]
ⲛ̄ⲧⲉï ⲛⲟϭⲛ̄ⲇⲱ

ⲣⲉⲁ

ⲣⲉⲁ · ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲉⲧⲃⲉ
ⲛⲉⲛⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩ
ⲛⲏ ⲁⲛ · ⲁϥⲉⲓⲣⲉ
ⲛⲙ̄ⲙⲁⲛ ⲙ̄ⲡⲁⲓ̈ .
ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ' ⲛ̄ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ
ⲉⲛⲧⲁϥⲃⲱⲕⲉⲣⲁ
ⲧϥ̄ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ .
ⲙⲛ̄ⲛⲉϣⲗⲏⲗⲟⲛ'
ⲙⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ' ⲉ
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ' ⲉⲧϩⲉⲛ
ⲧⲉⲛⲙⲏⲧⲉ ⲙ̄ⲡⲟ
ⲟⲩ ⲁⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱ
ⲛⲓⲟⲥ [2] ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁ
ⲙⲉ'ⲉⲧⲉ ⲙⲛ̄ⲕⲣⲟϥ
ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄ . ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲇⲉ ⲁⲩⲣ̄ϣⲡⲏⲣⲉ ⲛ̄
ⲧⲡⲓⲥⲧⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ'
ⲉϩⲟⲩⲛⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ'
ⲙⲛ̄ⲧⲉϥⲡⲁⲣⲣⲏ
ⲥⲓⲁ' ⲉⲧϫⲏⲕ ⲉⲃⲟⲗ ·
ϩⲛ̄ ϩⲱⲃⲛⲓⲙ ⲉⲛⲁ
ⲛⲟⲩϥ : ⲁⲩⲱ
ⲁⲩⲥϭⲏⲣ' ϩⲓⲡⲉⲩϫⲟⲓ̈
ⲉⲡⲥⲁⲙ̄ⲡⲉⲙϩⲓⲧ .
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲡⲱϩ' ⲉⲡ
ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ϯⲗⲟϫ' [3] ⲁⲩ
ϣⲓⲛⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲙⲁ
ⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱ
ⲛⲓⲟⲥ [4] ⲡⲁⲛⲁⲭⲱⲣⲏ
ⲧⲏⲥ [5] . ⲁⲩⲧⲁⲙⲟⲟⲩ [6]
ϫⲉ ϥϩⲙ̄ⲡⲉϥⲙⲟⲛⲁ
ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ' ⲉⲧϩⲙ̄
ⲡⲧⲟⲟⲩ' ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ [7]
ⲉϥⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄ ⲉϥ
ϣⲱⲛⲉ . ⲛ̄ⲧⲉⲩ
ⲛⲟⲩ ⲁⲩⲙⲁⲛⲉⲡϫⲟⲓ̈ [8]
ⲉⲡⲉⲕⲣⲟ' ⲁⲩⲃⲱⲕ
ⲉϩⲣⲁⲓ̈ ⲉⲧⲣⲉⲩⲁⲡⲁⲛ
ⲧⲁ ⲉⲣⲟϥ' ⲛ̄ⲥⲉϭⲙ̄
ⲡⲉϥϣⲓⲛⲉ . ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲧⲁⲙⲟϥ
ϫⲉ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲛⲉ
ⲛ̄ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲛ̄ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏⲥⲉ̀ ⲉⲩ
ⲟⲩⲱϣ ⲉϭⲙ̄ⲡⲉⲕ
ϣⲓⲛⲉ . ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ
ⲥⲉⲧⲙ̄ [9] ⲡⲉⲩⲣⲁⲛ ⲇⲉ'
ⲁϥⲧⲣⲉⲟⲩⲁ' ⲛ̄ⲛⲉⲧ
ϩⲁϩⲧⲏϥ ϯⲧⲟⲟⲧϥ̄
ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲥϥ̄ , ⲉⲃⲟⲗ
ϫⲉ ⲁϥⲱⲥⲕ̄ ϩⲙ̄ⲡϣⲱ

ADNOTATIONES.

[8] ⲛ̄ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ etc.) „ *Statim vero Præsidis servi discesserunt*, „ *ac certatim perniciter cucurrere*, *et benedictionem a Tabennesiotis* „ *cum accepissent*, *navigium ipsis liberum dimiserunt*. *Ad Fratres* „ *autem conversus Theodorus Pater*, *Videte*, *inquit*, *bonitatem Dei*, „ *quomodo eximiam hanc gratiam nobis impertivit*: *nec enim iu-* „ *stitiæ nostræ intuitu nobis hoc fecit* (*nobiscum ita se gessit*), „ *sed propter Patrem nostrum iustum* (Pachomium); *qui ad ipsum* „ *Deum perrexit*, *ac propter orationes insuper Patris nostri sancti*, „ *qui in medio nostrum hodie versatur*, *Petronii Abbatis*, *magna* „ *veracitate viri*, *in quo non est dolus* (ex Jo. I. 48). *Fratres* „ *vero*, *Patris nostri Theodori fidem in Deum*, *ac perfectam illius*

„ *in*

„ *in omni re bona fiduciam admirati sunt: ac sui navigii cursum*
„ *septentrionem versus direxere. Ut vero ad montem Tılog perve-*
„ *nerunt, de beato Abbate Antonio Anachoreta, ubinam esset, sci-*
„ *scitati sunt. Illum autem in suo monasterio, quod in monte ex-*
„ *teriore situm est, dormire* (iacere in lecto) *infirmum resciverunt:*
„ *ac navigium illico ad ripam appulere, atque in montem ascende-*
„ *runt, ut ei obviam irent, eumque inviserent. Quumque huius rei*
„ *nuncium allatum ei fuisset, ipsique dictum: Sunt Fratres Commu-*
„ *nitatis Tabennesiotarum qui volunt te invisere: ubi eorum nomen*
„ *audivit, unum ex illis qui apud ipsum erant, manum sibi porri-*
„ *gere opemque ferre iussit, qui eum erexit, quia in infirmitate*
„ *iamdiu ob decrepitam ætatem detinebatur. Qui vero*„ etc.

[1] Verbum e verbo: *fecit nobiscum magnam hanc gratiam*. Locutio Biblica. Vide Tob. XIII. 6, sive 8.

[2] ⲠⲈⲦⲢⲰⲚⲒⲞⲤ) Magnæ sanctitatis, et euangelicæ simplicitatis virum Petronium hunc fuisse ex iis locis constat, quæ superius pag. 152. citavi. Ea ut legas, rogo: ne exscribere cogar. Ipsum utpote totius Congregationis Patrem, atque Abbatem Generalem a moribundo Pachomio propositum ac nominatum, a Senioribus autem approbatum atque electum monachi nostri observabant.

[3] ⲉ̀ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲧ̀ⲗⲟϫ *al monte di Tiloge*: vel: *al monte Entiloge*) Proprium huius montis nomen nusquam alibi forsitan reperias. Itaque quomodo latine scribam, nescio, illudque vere a Plinio dictum esse experior, aliqua ægyptiorum nomina *ineffabilia esse præterquam ipsorum lingua*. Quocunque me vertam, hæreo. Si scribam *Tilog*, literæ ϫ, qua caret latinus sermo, sonum non attingam: si *Tiloge*, literam adiiciam, quæ in ægyptio nomine haud reperitur. Quod si prior litera ⲛ̄ genitivi nota est, latine hanc exprimere nequeo, nisi græca latinis misceam, et vertam: *ad montem* τȣ̃ *Tiloge;* aut, *ad montem* τῆς *Loge*. Sin autem pro radicali habenda foret, nulla ratione exprimi posset nisi scribendo *Entiloge*, addendo scilicet literam *e*, quæ ægyptiis quidem heic fere muta est, sed latinis vocalis foret. Quid? quod vertendum forsitan quis putet, *ad montem cessationis*, vel, *ad montem sanationis?* quod tamen parum arridet: perspicuum est enim nomen proprium esse. Ad evitandam igitur quamlibet difficultatem satius esse videtur montem hunc *Tilogium*, aut *Entilogium* dicere.

[4] ⲀⲚⲦⲰⲚⲒⲞⲤ) Hic est celeberrimus ille sanctissimusque Abbas Antonius, *homo Dei*, dum adhuc viveret, S. Athanasio teste,

teste, ab ægyptiis nuncupatus: quem non ægyptia solum Ecclesia tenerrimo amore, cultuque prosequitur, eum ⲛⲓϣϯ, idest *Magnum* vocans, sed et græca, et Antiochensis, et Ecclesiarum omnium Suprema, et Dux, et Magistra Romana, atque hac præeunte Occidens Novusque Orbis universus. Illum summopere S. Athanasius vivum diligebat, eiusdemque postea defuncti vitam exaravit. In Pontificali part. 1. pag. 219. eius laudes prolixe canit Populus, dum monastico habitu femina aliqua ab Episcopo induitur: ibique inter cetera hæc legimus: ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ ⲡⲓ ⲛⲓϣϯ, ⲟⲩⲟϩ ⲛ̄ⲁⲣⲭⲏⲅⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ ⲛⲓ ⲥⲩⲛⲱⲇⲓⲁ (sed legendum forsitan ⲛ̄ⲧⲉ ⲛⲓ ⲥⲩⲛⲟⲇⲓⲁ, vel ⲛ̄ⲧⲉ ϯ ⲥⲩⲛⲟⲇⲓⲁ, ut mox videbis): *Antonius Magnus, et Auctor vitæ conventualis* Anachoreticæ.

[5] ⲡⲁⲛⲁⲭⲱⲣⲏⲧⲏⲥ̀, *anachoreta*) Ægyptii Sancto cuilibet Cæliti quum proprium plerumque titulum, item ut Græci, tribuere consueverint, Sanctum quidem Antonium memphitice et anachoretam vocant, et ⲫⲁ ϯⲥⲩⲛⲟⲇⲓⲁ̀, Sanctum vero Pachomium ⲫⲁ ϯ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀: quia ille quidem *vitæ conventualis* primus anachoretis auctor fuit atque institutor; hic vero postea *vitæ communis* monasticæ, seu cœnobiticæ.

[6] ⲁⲩⲧⲁⲙⲟⲟⲩ, *furono informati*) Hæc in Vita quoque S. Pachomii etc. num. 77. pag. 326. narrantur.

[7] ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ, *exteriore*) Memphitice, ⲉⲧⲥⲁⲃⲟⲗ. S. Athanasius in Vita S. Antonii num. 51. *εἰς τὸ ἔσω ὄρος*, inquit, i. e. *in montem interiorem*; et num. 61: *ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω*, *in monte exteriori*. Modo in hoc, modo in illo habitabat S. Antonius.

[8] ⲁⲩⲙⲁⲛⲉⲡϫⲟï *navigium appulerunt*) Loci sententia hanc postulat interpretationem. Ceterum huiusmodi verbum nusquam alibi legi.

[9] ⲥⲉⲧⲙ̄ pro ⲥⲱⲧⲙ̄, *audire*, notandum.

Pagina VI.

ⲥⲝⲁ

ⲛⲉ̀ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁϣⲁï [1]
ⲙ̄ⲡⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ:
ⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ [f] ⲇⲉ ⲉⲧⲥⲟⲟⲩϩ
ⲉⲣⲟϥ ⲣ̄ϣⲡⲏⲣⲉ · ⲁⲩⲱ
ⲁⲩⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ.
ⲁϥⲙⲟⲟϣⲉ̀ ⲁϥⲉⲓⲉ
ⲃⲟⲗϩⲏⲧⲟⲩ ϣⲁ
ⲡⲣⲟ̀ ⲙ̄ⲡⲉϥⲙⲟⲛⲁ
ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ · ⲁϥⲁⲥ
ⲡⲁⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ϩⲛ̄
ⲟⲩⲡⲉⲓ, ⲉⲥⲟⲩⲁⲁⲃ [2].
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲥ ⲁⲁⲡⲁⲑⲉ
ⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲁⲙⲁϩⲧⲉ
ⲛ̄ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲛ̄ⲟⲩ

ⲛⲁⲙ . ⲁⲡⲁ ⲍⲁⲕ
ⲭⲁⲓⲟⲥ ϩⲱⲱϥ ⲁϥ
ⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲛ̄ⲧⲉϥ
ϭⲓϫ' ⲛ̄ϩⲃⲟⲩⲣ · ⲁⲩ
ⲙⲟⲟϣⲉ ⲛⲙ̄ⲙⲁϥ
ⲉⲣⲉ ⲛ̄ⲕⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲟⲩⲏϩ' ⲛ̄
ⲥⲱϥ ϣⲁⲛⲧϥ̄ⲉⲓ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲙⲁ' ⲉⲧϥ̄
ⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄ ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲥ ⲁⲩϣⲗⲏⲗ
ⲁⲩϩⲙⲟⲟⲥ ⲉ̀ϩⲣⲁï .
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩⲇⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲁⲩϩⲙⲟⲟⲥ ⲙ̄ⲡⲉϥ
ⲕⲱⲧⲉ · ⲉⲩⲛ̄ⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛ̄ⲣⲁϣⲉ ϩⲓⲡⲉϥϩⲟ
ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ
ⲛ̄ⲧⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ .
ⲁⲩⲱ ⲁϥⲁⲣⲭⲉⲓ ⲛ̄ϣⲁ
ϫⲉ [3] ⲛⲙ̄ⲙⲁⲩ' ⲉϥⲡⲁ
ⲣⲁⲕⲁⲗⲉⲓ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ
ⲉϥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙ̄
ⲡⲣ̄ⲗⲩⲡⲉⲓ'ⲱ̄ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ'ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲣⲱ
ⲙⲉ ⲛ̄ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ ⲁ
ⲡⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ' [4] ϫⲉ ⲁϥ

ⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄ . ⲕⲁⲓⲅⲁⲣ
ⲁⲧⲉⲧⲛϣⲱⲡⲉ
ⲛⲁϥ ⲛ̄ⲥⲱⲙⲁ .
ⲁⲩⲱ ⲁⲧⲉⲧⲛ̄ϫⲓ'ⲉ
ⲃⲟⲗϩⲙ̄ⲡⲉϥⲡⲛ̄ⲁ̄ .
ⲞⲚⲦⲱⲥ' ⲁïϩⲓⲥⲉⲉï
ⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲉⲓ ⲉⲧⲣⲁ
ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲁⲓⲧⲉⲓ [5]
ⲉϥϩⲙ̄ⲡⲥⲱⲙⲁ .
ⲁⲩⲱ ⲙⲉϣⲁⲕ' ⲙ̄
ⲡⲓⲣ̄ⲙ̄ⲡϣⲁ [6] . ⲕⲁⲓ
ⲅⲁⲣ ⲛⲉⲯⲩⲭⲏ ⲉⲛ
ⲧⲁϥ ⲥⲟⲟⲩϩⲟⲩ ⲉ'
ϩⲟⲩⲛ' ϣⲁⲣⲟϥ' ⲉ
ⲡⲁⲣϩⲓⲥⲧⲁ ⲙ̄ⲙⲟ
ⲟⲩ ⲉⲩⲟⲩⲁⲁⲃ ⲙ̄
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ · ⲡϩⲱⲃ
ⲟⲩⲟⲛϩ̄ⲉⲃⲟⲗ · ϫⲉ
ϥϫⲟⲥⲉ ⲉⲣⲟⲛ [7] . ⲁⲩⲱ
ⲧⲉ ϩⲓⲏ' ⲛ̄ⲛⲁⲡⲟⲥ
ⲧⲟⲗⲟⲥ [8] ⲧⲉⲧⲉϥ
ⲙⲟⲟϣⲉ ⲛ̄ϩⲏⲧⲥ̄
ⲉⲧⲉⲧⲁï ⲧⲉⲧⲕⲟⲓ
ⲛⲱⲛⲓⲁ · ⲁϥⲟⲩⲱ
ϣⲃ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁⲑⲉⲟ

ADNOTATIONES.

[1] ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁϣⲁⲓ ⲙ̄ⲡⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ') Hæc nihil aliud sine dubio valent, nisi, *decrepitæ ætatis causâ*. Annos enim tunc natus erat S. Antonius nonaginta et octo: quippe qui anno Domini 356. annos natus centum et quinque obiit. Sed cur singulari nomine, ⲡⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ, usus est Auctor noster? Si ⲭⲣⲟⲛⲟⲥ pro *anno* heic sumeretur, quo sensu a Memphitis, græcisque scriptoribus, ac minus vetustis præsertim, usurpatur hoc nomen, non singulariter ⲙ̄ⲡⲉⲭⲣⲟⲛⲟⲥ', sed pluraliter, ⲛ̄ⲛⲉϥⲭⲣⲟⲛⲟⲥ', dicendum fuisset. Videtur ergo ⲭⲣⲟⲛⲟⲥ *vitæ tempus*, sive *ætatem* heic designare.

[2] ⲁⲛⲉⲥⲛⲏⲩ etc.) „ *Qui vero ad eum convenerant Fratres* „ *admiratione perculsi eum sustentarunt, ipseque incedens, et ab eis* „ *rece-*

,, *recedens, usque ad monasterii sui ianuam venit, advenasque Fra-*
,, *tres in osculo sancto amplexus est. Tum Abbate Theodoro dexte-*
,, *ram eius manum tenente, sinistram autem similiter Zacchæo Ab-*
,, *bate sustentante, una cum ipso uterque incedere cœperunt, illos-*
,, *que universi Fratres reliqui secuti sunt, donec in Antonii cubi-*
,, *culum, in quo is quiescere consueverat, ingressi essent. Oravere*
,, *postea, tum assederunt. Cuncti autem Fratres in orbem circa*
,, *ipsum consederunt, qui magnum in vultu gaudium, quasi unus*
,, *ex Angelis Dei, præseferebat. Advenas deinde alloqui cœpit, et*
,, *consolari. Nolite, inquit, contristari, o Fratres, ob virum iu-*
,, *stum, Abbatem Pachóm* (Pachomium), *eo quod obdormierit* (ob-
,, ierit): *Vos enim ei instar corporis fuistis, et de illis spiritu ac-*
,, *cepistis: equidem vere ingenti dolore affectus sum, qui eum dum*
,, *adhuc in corpore (in vita) sum, videre cupiebam: sed heu me*
,, *miserum! solatio hoc dignus non fui. Ille enim animas ad se*
,, (apud se) *congregavit, ut eas Domino sanctas exhiberet: quæ*
,, *res manifestum facit, quod ipse supra nos extollitur* (vel, *ipse*
,, *nos superat)*, *et Apostolorum via* (Apostolica vivendi ratio) *est*
,, *ea, in qua ambulat* (incedit), *videlicet cœnobitica* (vita com-
,, munis Monastica). *Respondit Abbas Theodorus* ,, etc.

[1] Locutio Biblica. Hisce iisdem verbis Apostolus in ep. ad Rom. XVI. 16: ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ, *amplectimini vos mutuo (salutate invicem) in osculo sancto.*

[2] ⲍⲁⲕⲭⲁⲓⲟⲥ, *Zacchæus)* Abbas iste Zacchæus in Vita S. Pachomii etc. memoratur num. 73. pag. 324, et rursus non sine magna laude pag. 341. num. 23. in Paralipomenis, sive Auctario.

[3] ⲁϥⲁⲣⲭⲉⲓ ⲛ̄ϣⲁϫⲉ, *cœpit loqui*) Fratres ægyptiaca lingua alloqui consuevit S. Antonius, ut testatur S. Athanasius in Vita ipsius num. 16. Quæ igitur heic subiiciuntur, sunt ipsa fortasse verba quæ is dixit: nec enim dubito quin S. Antonii æqualis, aut suppar fuerit scriptor, etsi post illius mortem scripserit.

[4] Ⲡⲁϩⲱⲙ, *Pahóm*, i. e. *Pachomius)* Memph. Ⲡⲁϧⲱⲙ. Huius opem Ægyptii passim implorant in Liturgicis, aut Ecclesiasticis Precibus. Ita in Pontifical. part. 1. pag. 153, et in Liturgia S. Basilii pag. 125: utrobique autem vocatur ⲠⲈⲚⲒⲰⲦ ⲁⲃⲃⲁ Ⲡⲁϧⲱⲙ ⲫⲁ ⲧ̀ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ: quod paulo superius iam explicavi. Obiit anno Domini aut 349, ut Papebrochius ait pag. 306, aut anno 348, ut Tillemontius tomo 7, et Gallandius tomo 4. affirmant, postquam Monachorum monasteria no-

vem, et Sanctimonialium unum fundaverat, ut recte ait Tillemontius. Porro *monasteriorum in Thebaide Pachomii disciplinam* (inquit S. Hieronymus epist. 127. ad Principiam) primus in Urbem invexit S. Athanasius, *quasi ad tutissimum communionis portum Romam confugiens*.

[5] ⲁⲓⲧⲉⲓ) Mendum, ut puto, idque librario parum honorificum. Lego, ⲉⲧⲓ, *adhuc*. Nam ⲁⲓⲧⲉⲓ, addito suo affixo, valeret, *petii*: quod non est ad rem, si nihil omisit exscriptor librarius.

[6] ⲙ̄ⲡⲓⲣ̄ⲙ̄ⲡϣⲁ) Malim, ⲙ̄ⲡⲁⲓⲣ̄ⲙ̄ⲡϣⲁ, *dignus non fui*. Alia mox occurrent menda: dormitare itaque heic cœperat Exscriptor librarius, nobisque Auctoris interpretationem reddet difficiliorem.

[7] Parum perspicua hæc sunt. Interpretatus sum ut potui: alii melius vertent.

[8] Simili fere modo antiquissimus Scriptor Vitæ S. Pachomii etc. num. 77. Sanctum Antonium loquentem inducit, ac monachis hisce nostris dicentem: *μὴ κλαίετε · πάντες ὑμεῖς ἐγεννήθητε ὡς ἀββᾶς παχώμιος... τὴν τῶν ἀποστόλων ὁδὸν πορεύεται*, i. e. *Nolite flere: omnes vos facti estis sicut Abbas Pachomius... qui in Apostolorum via incedit*. Dicendum videbatur *ἐπορεύθη*, *incessit*, *ambulavit*, pro *πορεύεται*, *graditur*. Pachomium enim iam obiisse intellexerat S. Antonius.

Pagina VII. ⲤⲌⲂ

ⲇⲱⲣⲟⲥ' [8] ϩⲛ̄ⲟⲩⲛⲟϭ
ⲙ̄ⲙⲛ̄ⲧⲣⲙ̄ⲣⲁϣ'
ϫⲉⲕⲧⲙⲁïⲏⲩ [1], ⲉ
ϩⲟⲩⲉ ⲉⲣⲟⲛ' ⲛ̄ⲥⲉⲉ
ⲡⲉ̀ ⲛ̄ⲛⲉⲡⲣⲟⲫⲏ
ⲧⲏⲥ · ⲁⲡⲁϫⲁⲕ
ϫⲁⲓⲟⲥ [2] ⲇⲉ ⲛⲉⲙ̄ⲡϥ̄
ⲉϣϥⲓ ⲉⲣⲟϥ · ⲁⲗⲗⲁ
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ' ⲛⲁϥ
ⲉϥⲁⲥⲱⲟⲩ [3], ϫⲉ ⲡⲟⲗ
ⲗⲁⲕⲓⲥ [4] ⲅⲁⲣ [5] ⲉⲕⲣ̄ϩⲁⲗ
ⲙ̄ⲙⲟⲛ · ⲉϣϫⲉ ⲧⲉ
ϩⲓⲏ̄ ⲉⲧϫⲟⲥⲉ ⲛ̄ⲛ̄
ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ' ⲧⲉ
ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ [6]

ⲉⲧϥ̄ⲙⲟⲟϣⲉ ⲛ̄ϩⲏ
ⲧⲥ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ
ⲉⲓⲉ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ̄ϩⲱ
ⲱⲕ ⲙ̄ⲡⲓⲕϣⲱⲡⲉ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲕⲟⲓⲛⲱ
ⲛⲓⲁ' ⲛ̄ⲅⲥⲁⲛⲱ̄ϣⲛ̄
ⲟⲩ ⲙⲏⲏϣⲉ ⲙ̄ⲯⲩ
ⲭⲏ' [7] ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁⲕ
ϫⲟⲟⲥ · ⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲅⲁⲣ ⲧⲏⲣⲛ̄ ϫⲉ ⲛ̄
ⲧⲕⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄
ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ ⲉⲕϫⲏⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲟⲗⲩⲧⲓ
ⲁ [8] ⲛⲓⲙ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ [9].
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲧⲥⲟ
ⲟⲩⲛ

ⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲙⲉⲣⲉ ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ' ⲗⲟ' [10] ⲉϥϣⲁ
ϫⲉ ⲛⲙ̅ⲙⲁⲛ' ⲉⲧⲃⲏ
ⲧⲕ̅ ⲛ̅ⲛⲁⲩⲛⲓⲙ'
ⲉϥϯⲕⲱⲧ' [11] ⲛⲁⲛ'ⲉ
ϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉⲕⲃⲓⲟⲥ
ⲛ̅ⲛⲉϩⲟⲟⲩ ⲉϥϩⲙ̅
ⲡⲥⲱⲙⲁ ⲛⲙ̅ⲙⲁⲛ.
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̅, ⲇⲉ ⲛ̅ϭⲓⲁ
ⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ
ⲡⲉϫⲁϥ ϫⲉ ϯⲛⲁ
ⲡⲓⲑⲉ [12] ⲙ̅ⲙⲟⲕ'ⲡⲕⲟⲩⲓ̈
ⲍⲁⲕⲭⲁⲓⲟⲥ [13], ⲉⲡⲉⲓ
ⲇⲏ [14] ⲟⲩⲕⲟⲗⲟⲃⲟⲥ
ⲡⲉ' ϩⲙ̅ⲡⲉⲧⲕ̅ϫⲛⲟⲩ
ⲙ̅ⲙⲟⲓ̈ ⲉⲣⲟϥ · ⲕⲁⲓ
ⲅⲁⲣ ϩⲙ̅ⲡⲉⲩⲟⲉⲓϣ
ⲛ̅ⲧⲁⲓ̈ⲣ̅ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ [15]
ⲛⲉ ⲙⲛ̅ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̅ⲕⲟⲓ
ⲛⲱⲛⲓⲁ' ϩⲓϫⲙ̅
ⲡⲕⲁϩ · ⲉⲧⲣⲁϣⲱ
ⲡⲉ ϩⲱ̅ ϩⲛ̅ ⲟⲩⲕⲟⲓ
ⲛⲱⲛⲓⲁ · ⲁⲗⲗⲁ ϩⲉⲛ
ⲟⲩⲁ ⲟⲩⲁ̅ ⲛⲉⲧⲉϣⲁⲩ
ⲣ̂ⲡⲃⲟⲗ ⲙ̅ⲡⲉⲩϯ
ⲙⲉ ⲛ̅ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ̈, ⲛ̅
ⲥⲉ ⲥⲟ̅ⲣⲁϩⲧ̅ [16] ⲉⲣⲟⲟⲩ.
ⲉⲧⲃⲉⲡⲁⲓ̈ ⲁⲛⲟⲕ
ϩⲱ̅ ⲁⲓ̈ϣⲱⲡⲉ ϩⲛ̅
ⲟⲩⲁⲛⲁⲭⲱⲣⲏⲥⲓⲥ.
ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ' [h] ⲛ̅ⲧⲉⲓⲉⲥ
ⲟⲩⲱⲛϩ̅ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̅
ϭⲓⲧⲉϩⲓⲏ̅ ⲛ̅ⲛⲁ
ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ϩⲓϫⲙ̅
ⲡⲕⲁϩ · ⲉⲧⲉⲡϩⲱⲃ
ⲡⲉ̀ ⲛ̅ⲧⲁϥϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ̅

ADNOTATIONES.

[g] ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̅ etc.) „ *Respondit Abbas Theodorus magna cum* „ *alacritate: Plusquam nos tu reliquorum Prophetarum instar honorandus es *. Abbas autem Zacchæus se tenere non potuit, sed* „ *leniter ei respondit: Numquid sæpius * nobiscum iocaris? Si sublimis Apostolorum via* (vel, *Apostolica vivendi ratio*) *est cœnobitica vita, in qua Pater noster graditur, quidni ergo cœnobiticam vitam tu quoque amplecteris? cur animarum multitudinem, ut nunc dicebas, non alis etiam tu? Te enim iustum esse* „ *virum, et perfectum, et in omni conversatione* (vitæ ratione) „ *bonum, universi novimus. Scit Dominus, quod Pater noster* „ (Pachomius) *de te qualibet hora nobiscum loqui non cessabat,* „ *quotidianam vitam tuam nobis describens *, dum nobiscum corporaliter* (vel, *in corpore existens) versabatur. Respondit vero* „ *Abbas Antonius, et, Te persuasum, inquit, reddam, o parve* „ *Zacchæe: quoniam ea in re, de qua me interrogas, mancus es,* „ *ac pusillus. Quo enim tempore Monachus factus sum, nullum usquam terrarum Cœnobium erat, in quo cœnobiticam (communem)* „ *vitam amplecti et ipse possem ac profiteri: sed singuli extra parvum suum oppidum* (vicum, pagum) *manentes quietam in secessu quisque suo vitam ducebant. Hanc ob causam ego quoque*

„ *in eremo fui. Postea vero quum Apostolorum via (Apostolica vi-*
„ *tæ ratio) in mundo apparuit, quam vir fortis (potens) Pater*
„ *noster Pachomius capessivit (invexit, excogitavit)* „ etc.

[1] ⲕⲧⲙⲁⲓⲏⲩ, *honorandus tu)* Obscurus mihi est hic locus. Num aliquid desideratur? exempli gratia, ⲛ̄ⲑⲉ, *sicut reliqui prophetæ?* Memphitis ⲑⲙⲁⲓⲏⲟⲩⲧ valet, *iustificatus*: sed ⲡⲓⲑⲙⲁⲓⲟ ⲛ̄ⲛⲟⲩϫ est, *vana gloria*. Thebaice autem, ϩⲛ̄ ⲟⲩⲧⲙⲁⲓⲟ' significat, *honorificè*: *con onore*. Itaque ⲧⲙⲁⲓⲏⲩ est, *honore afficiendus*. Reliqua expedient peritiores.

[2] ⲭⲁⲕⲭⲁⲓⲟⲥ) Mendum manifestum. Scribe, ⲍⲁⲕⲭⲁⲓⲟⲥ, *Zacchæus*. Vulgatus Int. scribit ubique, *Zachæus*. Græcus Interpres, et ægyptii, *Zacchæus*. Hebræi cum daghésh, *Zaccai*.

[3] ⲉϥⲁⲥⲱⲟⲩ) Memphitis ⲁⲥⲓⲱⲟⲩ est *levis*: et plurale ⲉⲩⲁⲥⲓⲱⲟⲩ, κȣ́φως, *leviter*: *leves* (venient). Itaque singulare heic nomen verti, *leniter* (*lenis*).

[4] ⲡⲟⲗⲗⲁⲕⲓⲥ') Græce valet, *sæpius*, seu thebaice, ⲛ̄ϩⲁϩ ⲛ̄ⲥⲟⲡ, et memphitice, ⲛ̄ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛ̄ⲥⲟⲡ. Sed a thebæis paulo aliter adverbium hocce, ⲡⲟⲗⲗⲁⲕⲓⲥ', forsitan accipitur: nisi forte S. Antonium hi Monachi *sæpius* invisebant. Id ipsum de aliis nonnullis vocabulis græcis suspicor. Ita ἀμέλεια, ἀμελῶς græcis valent, *negligentia*, *negligenter*: sed apud ægyptios significare videntur, *delictum*: *cum delicto*: *delinquendo*. Nam Psalmo 67. vers. 22, seu 21. quod græcus Int. dicit, ἐν πλημμελείαις αὐτῶν, *in delictis suis ipsorum*, id Memphita vertit, ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲙⲉⲗⲉⲥ. Itaque superius pag. 113. ubi verti, *qui facit opera Dei negligenter*, libentius vertissem, *cum delicto*, pro *negligenter*; ea enim interpretatio et hebraicæ veritati, et Auctoris menti magis consentanea videbatur: sed cum ibi thebaicum ϩⲛ̄ ⲟⲩ ⲁⲙⲉⲗⲉⲓⲁ' manifesto respondeat græcæ versionis vocabulo, ἀμελῶς, veritus sum, ne nimia uterer libertate. Simili ratione adverbium ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ, ut mox etiam videbis, apud ægyptios crebrius valet, *postea*, *deinceps*, quam, *ceterum*, *cetera*, *de reliquo*.

[5] ⲅⲁⲣ) Hæc particula prout valet, *enim*, locum heic non habet, si nihil omissum est a librario: alioquin Zacchæus sic loqui inciperet, ut in comœdiis scurra: *Sæpius enim*: quum nihil præmiserit. In salebris identidem hærere me cogit aut Auctoris obscuritas, aut librarii incuria, aut potius inscitia mea: nec enim eorum alterutri culpam, quæ mea sit, adscribere ausim, nec eos accusare, ubi errata, ac menda omnibus non pateant, et confessa sint.

[6] ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ') Voce hac ipsa κοινωνία ad designandam mona-

monasticæ vitæ *communiònem*, seu vitam communem monachorum, utitur S. Gregorius Naz. Oratione in S. Athanasium.

[7] Hanc locutionem, *animas alere*, græcus etiam scriptor Vitæ S. Pachomii etc. habet num. 77. ubi S. Antonius ait: ὐκ ἦν κοινόβιον τρέψαι ἄλλας ψυχάς, *non erat ullum tunc cœnobium, in quo aliorum animæ alerentur*: idest, in quo aliis animæ, et corporis alimenta præberentur.

[8] ⲙ̄ⲡⲟⲗⲩⲧⲓⲁ) Scribe, ⲙ̄ⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲓⲁ̀.

[9] ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ, *bonum*) An legendum, ⲉⲛⲁⲛⲟⲩⲥ, *bonâ (conversatione)*?

[10] ⲙⲉⲣⲉ . . . ⲗⲟ̀ ⲉϥϣⲁϫⲉ, *non cessabat loqui*) De verbo ⲗⲟ (memphitice ⲗⲟϫ) dixi pag. 65. Nunc de omnibus generatim verbis græce, ac ægyptiace *cessationem* designantibus, ut παύομαι, τελευτάω, ⲟⲩⲱ, ⲗⲟϫ, ⲕⲏⲛ etc. animadverto, ea græce, memphitice, ac thebaice sic construi ut hoc in loco. De ⲟⲩⲱ vide exempla in Lacrozio. De ⲗⲟϫ vide Isai. XXXVII. 20. De ⲕⲏⲛ vide Hebr. X. 2. ubi ⲛⲁⲩⲛⲁⲕⲏⲛ ⲡⲉ ⲉⲩⲓⲛⲓ ⲙ̄ⲙⲱⲟⲩ ⲉϧⲟⲩⲛ valet, ἐπαύσαντο προσφερόμεναι, *cessassent offerri*. De græcis autem, quæ dixi, verbis obvia sunt exempla in Demosthene, aliisque.

[11] ⲉϥϯⲕⲱⲧ) Verti, *describens*. Ceterum quæ sit genuina verbi ϯⲕⲱⲧ significatio, docebunt peritiores.

[12] ϯⲛⲁⲡⲓⲑⲉ, *persuadebo*. Vel, *morem geram*. Utrumque enim valet πείθομαι, unde hoc desumptum est. Fragmento IX. pag. 84. pro ⲡⲓⲑⲉ scriptum videbis, ⲡⲉⲓⲑⲉ, quod magis arridet.

[13] ⲡⲕⲟⲩⲓ ⲍⲁⲕⲭⲁⲓⲟⲥ, *parve Zacchæe*) Per iocum sic loquitur Sanctus Abbas: nec enim dedecet sanctos etiam viros urbane interdum iocari. Respicit autem ea quæ apud Lucam de Zacchæo publicano leguntur nemini non nota: ac fortasse Zacchæus quoque noster *staturâ*, ut ille, *pusillus erat*. Nomen hocce in Rituali memphitico pag. 172. scribitur, ⲍⲁⲕⲭⲉⲟⲥ.

[14] ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ̀) Verti, *quoniam*: ita enim sonat apud græcos hæc particula. Ceterum hoc in loco item ut initio octavi Fragmenti videtur potius accipi pro ὅτι, *quod*: *che*: quo tamen sensu a græcis nunquam adhibetur.

[15] ⲟⲩⲕⲟⲗⲟⲃⲟⲥ̀) Græcam vocem, κολοβός, *mutilus*, ab ægyptiis adoptatam vides. Lege nunc, quæso, Tillemontii Adnotationem XVIII. in suum de S. Pachomio commentarium, tomo 7. pag. 285. Ibi videbis monachum quemdam S. Pachomii discipulum a græco scriptore, seu potius Interprete ægyptia-

ptia-

ptiacæ Vitæ S. Pachomii etc. vocari Athenodorum, a Surio autem, et Dionysio Exiguo Zacchæum, a Zacchæo tamen hoc plane diversum. Is multis annis infirmus fuit, et a græco, quem dixi, scriptore dicitur κελεφὸς, apud Dionysium, *regio morbo correptus*, apud Surium, *mutilatus*. Ducangio autem κελεφὸς est, *leprosus*. Sed semibarbara hæc dictio profanis scriptoribus ignota fuit. Numquid ii qui Athenodorum cum Zacchæo confuderunt, ex voce ⲔⲞⲖⲞⲂⲞⲤ perperam ab ægyptiis librariis scripta per ϥ, aut perperam quoque in ægypto pronunciata, fecerunt κελεφὸς?

[16] *Quo enim tempore factus sum Monachus*) Simili modo loquitur S. Antonius apud scriptorem, quem dixi, Vitæ S. Pachomii etc. num. 77.

[17] ⲚⲤⲈⲤϬⲢⲀϨⲦ) Verbum ⲤϬⲢⲀϨⲦ quater hisce in Fragmentis occurrit, nempe heic, et Fragm. IX. pag. 83, tum rursus pag. 87, ac demum Fragm. XII. pag. 184. Ex locis vero hisce simul omnibus inter se collatis nihil aliud eo significari infero, quam ἡσυχάζειν: ἡσυχίαν: ἀναχωρεῖν: *quietem*: *vitam quietam* et asceticam *ducere*, ut anachoretæ faciunt, ac cœnobitæ. Huic interpretationi locus quidam e Sacris Bibliis a Tukio pag. 488. thebaice, ac memphitice allatus adversari initio mihi videbatur, sed detecto postea errore ac mendo ibi latente comperi, illam eo ipso capitulo, seu verbis a Tukio allatis confirmari. Ut autem res clara sit, altius repetenda est. Libro 3. Regum XIX. 11, et 12. græca versio latine reddita hæc habet: *Stabis coram Domino in monte. Ecce transibit Dominus. Et ecce spiritus* (ventus) *magnus validus... Non in spiritu Dominus. Et post spiritum concussio: Non in concussione Dominus. Et post concussionem, ignis: Non in igne Dominus*. Tum hæc subiiciuntur: καὶ μετὰ τὸ πῦρ φωνὴ αὔρας λεπτῆς. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ἠλιοὺ, etc.: *Et post ignem vox auræ tenuis. Et factum est ut audivit Elias*, etc. Postrema verba affert Tukius latine in hunc modum: *Et post ignem vox auræ tenuis, et concussio magna, et Dominus ibi*. De qua versione hæc adnotanda mihi visa sunt. Nimirum primo ea verba, *Et concussio magna*: *et Dominus ibi*, neque in hebraico fonte extant, nec in Vulgata, nec in græca Interpretatione: unum ergo sunt e consuetis additamentts, quæ in ægyptiacis Bibliorum interpretationibus tam sæpe iam vidimus. Secundo additamentum hocce memphitice quidem sic se habet: ⲚⲈⲘ ⲞⲨ ⲚⲒϢϮ ⲚⲤϪⲢⲈϨⲦ. ⲈⲢⲈ ⲠϬⲰⲒⲤ ⲘⲘⲀⲨ: thebaice autem: ⲘⲚ ⲞⲨ ⲚⲞϬ ⲚϬⲢⲈϨⲦ. ⲈⲢⲈ ⲠϪⲞⲈⲒⲤ ⲘⲘⲀⲨ.

Ter-

Tertio in thebaicis hisce typograghi mendum esse censeo, ac pro ⲛ̄ⲟⲩⲣⲉϩⲧ scribendum esset, ⲛ̄ⲥⲟⲩⲣⲉϩⲧ, nisi scribendum sit potius, ⲛ̄ⲥϭⲣⲁϩⲧ. Denique vox ipsa ⲥⲟⲩⲣⲉϩⲧ, seu ⲥⲟⲣⲁϩⲧ (memphitice ⲥϫⲣⲉϩⲧ) non recte, ut puto, ibi a Tukio vertitur, *concussio*: sed vertendum e contrario est, *quies*, *tranquillitas*, qualem *tenui aura* validum post ventum flante oriri potius, quam *concussionem*, credibile est. Illud quoque non inutile erit animadvertere, verbum hoc ⲥϭⲣⲁϩⲧ construi cum dativo ⲉⲣⲟⲟⲩ, *sibi ipsis*, item ut græcum verbum eiusdem fere significationis, et ab ægyptiis adoptatum, ἀναχωρεῖν, construitur mox pag. 264. cum dativo ⲛⲁⲓ, *mihi*: quæ constructio græcis ignota est.

Pagina VIII.

ⲥ̄ⲋ̄ⲅ̄

ⲉⲣⲟϥ [h] ⲛ̄ϭⲓⲡⲉⲛⲁⲩ
ⲛⲁⲧⲟⲥ ⲁⲡⲁⲡⲁ
ϩⲱⲙ · ⲁϥϣⲱⲡⲉ
ⲛ̄ⲗⲓⲙⲏⲛ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲛ
ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲕⲓⲛⲁⲩ
ⲛⲉⲩⲉ, ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄
ⲙ̄ⲡⲉⲧⲡⲟⲛⲏⲣⲉⲩⲉ
ϫⲓⲛⲧⲉϩⲟⲩⲉⲓⲧⲉ [1].
ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲉⲓϣⲁⲛ
ⲟⲩⲱϣϩⲱ̄ ⲉⲥⲱ
ⲟⲩϩ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ · ⲛ̄
ϯⲛⲁϣϭⲙ̄ϭⲟⲙ
ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗϫⲉⲙ̄ⲡⲓ
ⲉⲓ [2] ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̄ϩⲱⲃ
ⲛ̄ⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉ ϫⲓⲛ
ⲛ̄ϣⲟⲣⲡ̄ ⲉⲧⲣⲁ
ϫⲡⲟⲛⲁⲓ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉϣ
ϣⲉ ⲉⲧⲣⲁⲁⲁϥ ⲙⲛ̄
ⲡⲟⲩⲁ̄ ⲡⲟⲩⲁ̄ · ⲉⲓ
ϣⲁⲛⲟⲩⲱϣ ⲁⲉⲟⲛ
ⲉⲧⲣⲁⲃⲱⲕ ϣⲁ
ϩⲉⲛⲥⲛⲏⲩ ⲉⲩⲥⲟ
ⲟⲩϩ ⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲙ̄ⲡⲉⲓ
ⲃⲓⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉⲓⲙⲓⲛⲉ
ⲉϭⲱ̄ ϩⲁϩⲧⲏⲩ · ϩⲱ
ⲥⲧⲉ ⲉⲧⲣⲁϩⲩⲡⲟ
ⲧⲁⲥⲥⲉ ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲁ
ⲛ̄ⲛ̄ⲕⲟⲩⲓ, ⲙ̄ⲛ
ϣϭⲟⲙ ⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲟⲓ
ⲉⲣⲡⲁⲓ, ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲁⲓ
ⲡⲣⲟⲕⲟⲡⲧⲉ ϩⲛ̄
ⲧⲙⲛ̄ⲧϩ̄ⲗⲗⲟ · ⲉ
ⲧⲃⲉⲡⲁⲓ ⲁⲓⲥⲟⲧ
ⲡ̄ⲥ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲣⲁϭⲱ̄
ⲛ̄ⲑⲉ ⲉϯϭⲙ̄ⲙⲟⲥ:
ⲕⲁⲓⲅⲁⲣ ⲥⲟⲡⲛⲓⲙ
ⲉϣⲁⲓⲉⲓⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄
ⲡⲧⲟⲟⲩ ⲉⲧⲣⲁϭⲙ̄
ⲡϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ.
ⲡⲁⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲧⲏ
ⲣϥ̄ ⲡⲉ ⲡⲁⲓ, ϫⲉⲙⲉ
ϣⲁⲕ [3] ⲉⲛⲧⲁϣⲁ
ϫⲉ ⲙⲛ̄ⲟⲩⲁϩⲛ̄ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ, ⲉⲓⲧⲁϫⲣⲟ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ϩⲙ̄ⲡϣⲁ
ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲃⲉ
ⲕⲉ ϣⲱⲡⲉⲛⲁⲓ
ϩⲙ̄ⲡⲁⲓ ⲛ̄ⲛⲁϩⲣⲙ̄
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ. ϯϫⲱ ⲅⲁⲣ
ⲙ̄ⲙⲟⲥ ⲛⲏⲧⲛ̄ ϫⲉ

ⲡⲉⲓ-

ⲡⲉⲓ̈ϩⲱⲃ ⲟ̄ ⲛⲁⲓ̈ ⲛ
ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̄ⲥⲡⲟⲩⲇⲏ'
ϩⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ' ⲉⲧⲣⲉ
ⲟⲩⲯⲩⲭⲏ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ
ⲟⲩϫⲁⲓ̈ ϩⲙ̄ⲡϫⲟⲓ̈ⲥ [4]
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧ · ⲁⲩⲱ
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ ⲛⲁⲓ̈ ⲛ̄ⲥⲉ
ⲕⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲓ̈ ⲁⲛ'ⲕⲁ
ⲧⲁⲡⲁⲟⲩⲱϣ.

ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩⲉⲧⲉ
ϣⲁⲩⲥⲱⲧⲙ̄ ϫⲉ
ⲁⲓ̈ⲉⲓⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲧⲟⲟⲩ
ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ' ϣⲁⲣⲉ
ϩⲉⲛⲙⲏⲏϣⲉ ⲛ̄
ⲗⲉⲥⲭⲏ · ⲙⲛ̄ϩⲉⲛ
ⲡⲉⲣⲓⲥⲧⲁⲥⲓⲥ' ⲛ̄
ⲛⲉⲧϫⲏⲩ' ⲛ̄ϭⲟⲛⲥ̄

ADNOTATIONES.

[h] ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ' etc.) „ *Postea vero quum Apostolorum via* (Apo„ stolica vitæ ratio) *in mundo apparuit*, *quam vir potens* (fortis) „ *Pater noster Pachomius capessivit* (invexit, instituit), *portus* „ *præsto fuit cuilibet periclitanti adversus eum*, *qui* ab initio ma„ lignatur (malignus fuit). *Nunc ergo si cœnobium aliquod* (mo„ nachos in commune viventes) *congregare et ipse vellem*, *non* „ *possem*, *quia in huiusmodi re* (opere) *non ita profeci ab initio*, „ *ut quidquid oporteret cum unoquoque* (monacho) *agere*, *mihi* „ *comparaverim*. *Quod si etiam vellem ad Fratres in huiusmodi* „ *vivendi norma institutos congregatosque me conferre*, *ut apud* „ *illos manerem ita*, *ut tanquam e pusillis unus subditus forem*, „ *ne hoc quidem facere valerem*, *quia ætate atque adeo senio pro*„ *vectus sum*. *His de causis manere statui qualis sum*. *Etenim* „ *quotiescunque ex monte foras egredior*, *omnis scopus meus in eo* „ *est*, *ut cum aliquo* (*o me miserum!*) *inter Fratres colloquar*, „ *eumque in Dei verbo confirmem*, *ut hanc ob rem mercedem ha*„ *beam apud Deum*. *Dico enim vobis*, *magnopere mihi in Domino* „ *curæ esse*, *ut vel una anima per me in Domino salvetur*. *Ast* „ *hi liberum me postea non dimittunt* (non sinunt esse solita„ rium): *sed qua hora me in montem exteriorem abiisse audive*„ *rint*, *garrulæ turbæ*, *et hominum de iniuriis*, *quas sibi invicem* „ *intulerint*, *conquerentium multitudines currunt*, *et ad nos ve*„ *niunt*, *et illuc*, *ubi fuerim*, *ingrediuntur*, *et moram trahunt* „ etc.

[1] Respicit illud Joannis epist. 1. III. 8: *Diabolus ab initio peccat*.

[2] ⲙ̄ⲡⲓⲉⲓ) Malim, ⲙ̄ⲡⲁⲓⲉⲓ.

[3] ⲙⲉϣⲁⲕ') Vide quæ dixi pag. 115. Non dissimulo tamen ægre huic loco eam significationem aptari, quam ibi indicavi.

cavi. Sed aut scriptor eos respicit ac fere indigitat, qui parum in Dei verbo firmi erant, atque hac de causa particulam, ⲙⲉϣⲁⲕ̀, *eheu*, interposuit; aut librarius aliquid omisit. Sed hæc melius expedient peritiores.

[4] ϩⲙ̅ⲡϫⲟⲓ̈ⲥ, *in Domino*) Scribe, ϩⲙ̅ⲡϫⲟⲉⲓⲥ, ut alibi semper scribitur. De hoc Dei titulo, quatenus memphitice scribitur ϭⲱⲓⲥ, agit vir perdoctus Barthelemyus in opusculo, quod extat tomo 57. ab Academia *Inscriptionum humaniorumque litterarum* nuncupata edito. Quamvis autem humani aliquid alicubi vir clarissimus passus sit, ac nonnulla scripserit pag. 407. emendatione sine dubio digna, eo quod aliis distentus studiis ægyptiæ linguæ diutius vacare forsitan minime potuit; ubi tamen plura nitent, paucis ego maculis non offendor. Plurima sane ibi sunt lectu digna, utpote erudite, ingeniose, acute excogitata. Quæ vero pag. 421. scribit de nomine *Sios*, quod unum idemque esse ait cum ægyptio *Sois* (etsi illud *Deum*, hoc *Dominum*, *herum*, *possessorem* denotet), ideoque *ex ægyptio vocabulo* ΣΙΟΣ, *vel* ΣΟΙΣ *derivari* ΘΕΟΣ, ΖΕΥΣ, ΣΔΕΥΣ, *Deus*; ea ingeniose quidem dicta sunt, sed utrum etiam vere, aliorum esto iudicium. Equidem illud etiam ignoro, num vetustissimi in ægypto ethnici ante Christi adventum Deo, aut potius alicui e plurimis numinibus quæ colebant, *Domini*, seu ϭⲱⲓⲥ titulum, qui de quolibet hero dicitur, per antonomasiam tribuerent.

Quæ heic, et paginis proxime sequentibus narrat historicus noster, ea in Vita S. Pachomii etc. a Papebrochio edita non attinguntur.

Pagina IX.

ⲥ̅ⲝ̅ⲇ̅

ⲛ̅ⲧⲛ̅ ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ
ⲡⲱⲧ̀ ⲛ̅ⲥⲉⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ
ϣⲁⲣⲟⲛ. [1] ⲛ̅ⲥⲉϭⲱ
ⲉⲩⲉⲛⲱϫⲗⲉⲓ [2] ⲛⲁⲓ̈
ⲉⲧⲣⲁⲥϩⲁⲓ̈ ϣⲁ ⲛⲉ
ⲝⲟⲩⲥⲓⲁ̀ ⲙⲛ̅ ⲛ̅ⲁⲣ
ϫⲱⲛ̀ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲩ
ϫⲓⲛϭⲟⲛⲥ̅. ⲁⲛⲟⲕ
ⲇⲉ ϣⲁⲓ̈ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲙⲛ̅
ϩⲏⲩ̀ϩⲛ̅ ⲛⲁⲓ̈ ⲕⲁⲧⲁ
ⲡⲉⲛⲥⲭⲏⲙⲁ̀ [2] ϣⲁⲓ̈

ⲧⲱⲟⲩⲛ̅ ϩⲛ̅ⲟⲩϭⲉ
ⲡⲏ̀ ⲛ̅ⲧⲁⲁⲛⲁⲭⲱ
ⲣⲉⲓ̀ⲛⲁⲓ̈ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̅
ⲡⲧⲟⲟⲩ̀ ⲛ̅ⲧⲁϭⲱ̀
ϩⲁⲣⲓϩⲁⲓ ⲟⲓ̈ [3]. ⲛⲁⲓ̈
ⲇⲉ ⲉϥϫⲱⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ
ⲛ̅ϭⲓⲡⲙⲁⲕⲁⲓ ⲓⲧⲏⲥ [4]
ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ.
ⲉϥⲧⲁⲉⲓⲟ̀ ⲛ̅ⲧⲡⲟ
ⲗⲩⲧⲓⲁ̅ [5] ⲛ̅ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲛ̅ⲧⲕⲟⲓ

ⲛⲱ-

ⲚⲰⲚⲒⲀ · ⲚⲈⲨⲚ̄
ϨⲈⲚⲚⲞϬ ⲆⲈ Ⲙ̄ⲘⲎ
ⲎϢⲈ̀ ϨⲀϨⲦⲎϤ' Ⲙ̄
ⲠⲚⲀⲨ ⲈⲦⲘ̄ⲘⲀⲨ.
ⲘⲚ̄ ϨⲈⲚⲔⲖⲎⲢⲒ
ⲔⲞⲤ' ⲘⲚ̄ ϨⲈⲚⲀⲜⲒ
Ⲱ̄ⲘⲀⲦⲒⲔⲞⲤ [6]. Ⲉ
ⲀⲨⲈⲒ' ϢⲀⲢⲞϤ ϪⲈ
ⲈⲨⲚⲀϬⲘ̄ⲠⲈϤϢⲒ
ⲚⲈ, Ⲛ̄ⲤⲈϪⲒⲤⲘⲞⲨ'
ⲈⲂⲞⲖϨⲒⲦⲞⲞⲦϤ̄.
Ⲛ̄ⲦⲞϤ ⲆⲈ ⲈⲚⲈⲀϤ
ⲈⲒⲘⲈ ⲈⲠⲈⲨⲘⲞⲔ
ⲘⲈⲔ' ϪⲈ ⲀⲨⲔⲢⲘ̄ⲢⲘ̄
ⲈϪⲚ̄ ⲐⲈ ⲈⲦϤ̄ⲦⲀⲈⲒⲞ̄
Ⲛ̄ ⲚⲈⲤⲚⲎⲨ Ⲛ̄ⲦⲔⲞⲒ
ⲚⲰⲚⲒⲀ. ⲀⲨⲰ
ⲠⲈϪⲀϤ ⲚⲀⲨ'ϨⲒⲞⲨ
ⲤⲞⲠ' ϪⲈ ϯϪⲰⲘ̄ⲘⲞⲤ
ⲚⲎⲦⲚ̄ ϪⲈⲠⲞⲖⲖⲀ
ⲔⲒⲤ' ⲀⲦⲈⲦⲚ̄ⲀⲄⲀ
ⲚⲀⲔⲦⲈⲒ' ϨⲚ̄ⲚⲈⲦⲚ̄
ϨⲎⲦ' ϪⲈ ⲀⲒ̈ⲦⲀⲈⲒⲈ
ⲦⲠⲞⲖⲨⲦⲈⲒⲀ [7] Ⲛ̄ⲚⲈ
ⲤⲚⲎⲨ. ⲀⲨⲞⲨⲰϢⲂ̄
ⲆⲈ ⲚⲀϤ Ⲛ̄ϬⲒ ⲚⲈⲔⲖⲎ
ⲢⲒⲔⲞⲤ' ϪⲈ ⲘⲎ' ⲄⲀⲢ
ⲈⲠϪⲒⲚϪⲎ' ⲀⲚⲀⲄⲀ
ⲚⲀⲔⲦⲈⲒ', Ⲙ̄ⲘⲞⲚ.
ⲀⲖⲖⲀ ⲈⲚⲦⲀⲚⲀⲄⲀ
ⲚⲀⲔⲦⲈⲒ' ϨⲘ̄ⲠⲈⲚ
ϨⲎⲦ. ϪⲈ ⲈⲒⲤ ⲞⲨⲚⲞϬ
Ⲛ̄ⲞⲨⲞⲈⲒϢ ϪⲒⲚ Ⲛ̄
ⲦⲀⲔϢⲰⲚⲈ. ⲀⲨⲰ
ⲞⲨⲞⲚⲚⲒⲘ ⲈⲦⲚⲎⲨ
ϢⲀⲢⲞⲔ ⲈϬⲘ̄ⲠⲈⲔ
ϢⲒⲚⲈ. ⲈⲒⲦⲈ ⲈⲠⲒ
ⲤⲔⲞⲠⲞⲤ. ⲈⲒⲦⲈ
ⲦⲢⲒⲂⲞⲨⲚⲞⲤ [8]. ⲈⲒ
ⲦⲈ ⲔⲞⲘⲒⲤ [9]. ⲈⲒⲦⲈ
ⲀⲜⲒⲰⲘⲀⲦⲒⲔⲞⲤ.
ϨⲀⲠⲀⲜ ϨⲀⲠⲖⲰⲤ
ⲚⲈⲘⲈⲔⲈϢⲦⲰ
ⲞⲨⲚ ⲈϨⲢⲀⲒ̈ ⲈⲀⲤⲠⲀ
ⲌⲈ̀ Ⲛ̄ⲖⲀⲀⲨ Ⲙ̄ⲘⲞⲚ.
ⲀⲖⲖⲀ [k] ⲈϢⲀⲚⲠⲀϨ
ⲦⲚ̄ ⲈϨⲢⲀⲒ̈ ⲈϪⲰⲔ'

ADNOTATIONES.

[i] Ⲛ̄ⲤⲈϬⲰ etc.) „ *et moram trahunt* (diutius manent) *mihi* „ *molestiam afferentes, rogantesque ut ad Potestates ac Præsides* „ (Principes) *de illorum querelis, acceptisve iniuriis scribam. Ego* „ *vero quum hæc instituto nostro monastico nullius utilitatis esse* „ *vidi, magna cum festinatione surrexi, in montem secessi, ac so-* „ *litarius* (incomitatus) *maneo. Hæc autem dicens beatæ memoriæ* „ *Pater* (Apa) *Antonius, sanctorum Fratrum in commune viven-* „ *tium regimen* (conversationem) *honore prosequebatur. Erant* „ *vero apud eum quamplurimi illa hora viri, et Clerici quoque, et* „ *Axiomatici* (Dignitates: Proceres: in Dignitate constituti viri), „ *qui ad eum venerant, ut ipsum inviserent, ac benedictionem ab* „ *illo acciperent. Horum vero cogitationes* (quid cogitarent) *ipse* „ *cognoverat, quod nempe ii de modo, quo Fratres cœnobitas hono-* „ *rabat, murmurarent: eosque simul cunctos ita affatus est:*

Dico

„ *Dico vobis, quod vos plus vice simplici* (sæpius: haud semel) „ *in cordibus vestris indignati estis, eo quod Fratrum regimen* „ (conversationem, institutum) *honoraverim. Ei vero Clerici re-* „ *sponderunt: Numquid gratis ac sine causa indignati sumus? Ne-* „ *quaquam. Sed ideo in cordibus nostris indignati sumus, quia ec-* „ *ce iam longum elapsum tempus est ex quo infirmus factus es, et* „ *cuncti ut te invisant, huc veniunt, sive Episcopi, sive Tribu-* „ *ni, sive Comites, sive Axiomatici* (Proceres, Dignitates) *de-* „ *nique fuerint, neque ad amplectendum quemquam nostrum surge-* „ *re consuevisti: sed nos tibi nosmetipsos inclinare solemus* „ etc.

[1] ⲚⲤⲈϬⲰ ⲈⲨⲈⲚⲰϪⲖⲈⲒ) De hac locutione dicam ad pag. 279. Fragmenti octavi. Scribe ⲈⲨⲈⲚⲞϪⲖⲈⲒ'.

[2] ⲔⲀⲦⲀ ⲠⲈⲚⲤⲬⲎⲘⲀ', *secondo il nostro abito: atteso il nostro instituto*) Monasticus *Habitus* vocatur a Græcis τὸ ἅγιον σχῆμα, *sanctum schema*: eodemque modo et Ægyptii loquuntur, ut videre licet in Pontificali part. 1. pag. 175. ubi ea omnia recensentur, ac describuntur, quæ ab episcopo peragenda sunt, ac recitanda quum is virum aliquem aut feminam habitu monastico induit. Sed Auctor noster hoc in loco *schema* videtur potius dicere *institutum* ipsum monasticum.

[3] ϨⲀⲢⲒϨⲀⲢⲞÏ, *da per me*) Idest, solus: incomitatus.

[4] ⲠⲘⲀⲔⲀⲢⲒⲦⲎⲤ') Græce, ὁ μακαρίτης: quo titulo nonnisi illi decorantur qui obierunt, et *quorum memoria in benedictione est*. Itaque historicus noster post S. Antonii obitum hæc scripsit, nempe post annum Martyrum septuagesimum septimum, Domini 356.

[5] ⲚⲦⲠⲞⲖⲨⲦⲒⲀ') Scribe, ⲚⲦⲠⲞⲖⲒⲦⲈⲒⲀ': *il regolamento: il governo*.

[6] ϨⲈⲚ ⲀⲜⲒⲰⲘⲀⲦⲒⲔⲞⲤ') Cur supra Ⲱ lineola conspicitur? Delenda videtur: etenim ne accentus quidem vices gerere ibi potest. De voce ἀξιωματικὸς lege Cangium: nec enim quæ ab aliis dicta sunt, repetere placet.

[7] Scribe et heic, ⲚⲦⲠⲞⲖⲒⲦⲈⲒⲀ'.

[8] ⲦⲢⲒⲂⲞⲨⲚⲞⲤ', *Tribunus*) De vocabulis quoque τριβοῦνος, et κόμης, quæ Latina quidem sunt, sed a græcis etiam adoptata, vide Cangium. De huiusmodi vocibus aliqua superius dixi. Eas ab ægyptiis non ægyptiace solum, sed græce etiam scribentibus adhibitas esse videbis apud S. Athanasium in Apologia ad Constantium tom. 1. p. 239, ubi nominantur et Δοὺξ, *Dux*, et Μάγιστρος, *Magister*, et Κόμης, *Comes*, et Ἀγεντισήριβους (malim, Ἀγεντισιρήβους), *Agentes in rebus*, etc.

 [9] KO-

[9] ⲕⲟⲙⲓⲥ', *Comes*) Alii ſcribunt, ⲕⲟⲙⲏⲥ. Recentiores græci ſcribere dicuntur, *κόμις:* nec video cur peregrina Græcis dictio illo potius, quam hoc modo ſcribenda ſit.

ⲥ̅ⲝ̅ⲉ̅

Pagina X.

ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲁⲥⲡⲁⲍⲉ [k] ⲛ̄ⲧⲉⲕ
ⲁⲡⲉ · ⲏ̄ ⲧⲉⲕⲧⲁⲡⲣⲟ' [1]
ⲏ̄ ⲧⲉⲕⲙⲉⲥⲑⲏⲧ'
ϩⲱⲥ ϩⲛ̄ ⲟⲩϣⲡ̄
ϩⲙⲟⲧ. ⲗⲟⲓⲡⲟⲛ'
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩ ⲛ̄ ⲡⲟⲩⲱ̂ [2]
ⲛⲁⲕ' ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲛ̄ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏⲥⲉ̀ ⲛ̄
ⲧⲉⲩⲛⲟⲩⲁⲕⲥⲁϩⲱ̂ⲕ' [3]
ⲉϩⲣⲁï ⲁⲕⲕⲁⲁⲛ' ⲧⲏ
ⲣⲛ̄ ⲉ̀ⲛϩⲙⲟⲟⲥ ⲉϩⲣⲁï
ⲁⲕⲙⲟⲟϣⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲏⲧⲟⲩ' ⲉⲕϩⲛ̄ⲟⲩ
ⲛⲟϭ ⲛ̄ⲣⲁϣⲉ' ⲁⲕ
ⲁⲥⲡⲁⲍⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̄ⲟⲩⲱϣ [4].
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱ
ⲛⲓⲟⲥ' ϫⲉ ϯⲛⲁⲡⲓ
ⲑⲉ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄ ϩⲙ̄
ⲡⲁï, ⲛ̄ⲧⲁϫⲱ̂ ⲉⲣⲱ
ⲧⲛ̄ ⲙ̄ⲡⲱⲣϫ' [5] ⲛ̄
ⲧⲙⲉ̀ ⲉⲛⲧⲁⲥϣⲱ
ⲡⲉ · ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲧ
ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲉⲧⲃⲏⲏ
ⲧⲟⲩⲁⲛ' ⲛ̄ⲧⲁïⲃⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲁⲡⲁⲛⲧⲁ ⲉ
ⲣⲟⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲁⲧⲉ · ⲁⲗ
ⲗⲁ ⲟⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛ'ⲧⲉ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ̀ ⲉϥϩⲁⲉⲟⲟⲩ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ
ϩⲁⲧⲉⲩϩⲏ · ⲁϥⲧⲁ
ⲙⲟï ϩⲁⲑⲏ' ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩ
ⲛ̄ ⲡⲟⲩⲱ̂ ⲛⲁï, ϫⲉ
ⲉⲓⲥ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲁ
ϩⲱⲙ' ⲛ̄ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏ
ⲥⲉ̀ ⲁⲩⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲕ.
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲉⲓ' [6] ⲉϥϣⲁ
ϫⲉ ⲛⲙ̄ⲙⲁï ⲛ̄ϭⲓ
ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ. ⲁⲡⲟⲩⲱ̂
ⲉⲓ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛⲁï ϩⲓ
ⲧⲛ̄ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, ϫⲉ
ⲉⲓⲥ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ' ⲛ̄
ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲁⲩⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲛ' ϫⲉ
ⲉⲩⲛⲁϭ ⲛ̄ⲡⲉⲛ
ϣⲓⲛⲉ - ⲛ̄ⲧⲉⲩ
ⲛⲟⲩ ⲁ̄ⲟⲩϭⲟⲙ' ⲛ̄
ⲧⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲟⲩⲱϩ'
ⲉⲣⲟï, ⲁïⲧⲱⲟⲩⲛ
ⲁïⲡⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗϩⲏ
ⲧⲟⲩ, ⲁïⲁⲥⲡⲁⲍⲉ
ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ · ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ
ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ' ⲛⲁïⲁ
ⲧⲟⲩ' ⲉⲩϣⲁⲛϫⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛⲉⲛⲧⲁϥ
ϩⲟⲛⲟⲩ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ
ⲛ̄ϭⲓⲡⲉⲩⲉⲓⲱⲧ
ⲁⲡⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ'
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲗⲓ
ⲟⲥ ϩⲛ̄ ϩⲱⲃⲛⲓⲙ·
ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ [7] ⲁⲩⲟⲩⲱ
ϣⲃ̄ ϩⲱⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ' ⲉⲧϩⲙ̄
ⲡⲉϥ ⲙⲟⲛⲁⲥⲧⲏ
ⲣⲓⲟⲛ · ϫⲉ ⲉϣϫⲉ

A D-

ADNOTATIONES.

[k] ⲁⲗⲗⲁ etc.) „ *sed nos tibi nosmetipsos inclinare solemus,* „ *tuumque caput, aut vultum, aut pectus quasi cum gratiarum* „ *actione osculamur. Quum vero tibi postea de Tabennesiotarum* „ *Fratrum adventu nunciatum est, temetipsum commovisti* (vel, „ *surrexisti*), *universos nos, qui heic considebamus, reliquisti, ad* „ *eos excipiendos magno gaudio plenus perrexisti, illosque ingenti* „ *cum hilaritate complexus es atque osculatus. Eis vero sic respon-* „ *dit Apa* (Pater) *Antonius: Quoad hanc rem persuasos vos red-* „ *dam, et illud fideliter et accurate narrabo, quod vere contigit.* „ *Dominus novit, quod non solum eorum causa obviam ipsis ivi,* „ *sed gloriosi Dei Angelus, priusquam illi, ad me ingressus est,* „ *et antequam de ipsorum adventu nuncium mihi allatum esset,* „ *mihi eum notum fecerat (inquiens): Ecce Pachomii Tabennesiotæ* „ *filii ad te veniunt. Dumque adhuc mecum Angelus loquebatur,* „ *nuncium mihi per Fratres allatum est (inquientes): Ecce Fratres* „ *cœnobitæ ad nos veniunt, ut nos visitent. Ac statim Domini* „ *virtus mihi addita est, surrexi, in illorum occursum perrexi, il-* „ *los amplexus sum. Etenim vere illi beati sunt, si ea perfecerint* „ *quæ ipsis illorum Pater, Pachomius Abbas, vir in omni re* (ope- „ re) *perfectus, præcepit. Fratres tamen, qui in ipsius Antonii* „ *monasterio habitabant, sic et ipsi responderunt: Si Fratres cœ-* „ *nobitæ* „ etc.

[1] ⲧⲉⲕⲧⲁⲡⲣⲟ) Nomen fem. ⲧⲁⲡⲣⲟ habet Lacrozius in Sylloge, sed non interpretatur. In exemplo tamen thebaico quod affert, accipiendum videtur pro *imagine*. Ego heic *vultum, faciem, ora* interpretor. Apud Tukium pag. 55. legimus, ϩⲛ̄ ⲧⲁⲡⲣⲟ, *in ore meo: colla mia bocca*. Sed diversa inter se sunt nomina hæc feminina ⲡⲣⲟ, seu ⲧⲉⲡⲣⲟ; et ⲧⲁⲡⲣⲟ, seu ⲧⲧⲁⲡⲣⲟ.

[2] ⲛ̄ ⲡⲟⲩⲱ̀) Illud, ⲛ̄, verbum est ab ⲉⲓⲛⲉ, *afferre*. Et nomen ⲟⲩⲱ̀ cum articulo valet, *nuncium: la nuova*. Sic apud Tukium pag. 297. locum ex Genes. XLVIII. 1. thebaice afferentem: ⲁⲩϫⲓⲡⲟⲩⲱ ⲛ̄ⲓⲱⲥⲏⲫ, *fu portata la nuova a Giosef-fo: nunciatum est Josepho*.

[3] ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲛ̄ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏⲥⲉ̀, *Fratres Tabennesiotæ*) Locum, ubi primum Monasterium fundavit S. Pachomius, thebaice vocatum fuisse ⲧⲁⲃⲛ̄ⲛⲏⲥⲉ̀, *Tabennese*, ex hoc Fragmento discimus. Itaque monachi etiam, qui in Bou, aliisve a Pachomio erectis monasteriis degebant, dicebantur *Tabennesiotæ*, aut *Ta-*

benne-

bennesii. Ita Ammon ægyptius Episcopus initio Epistolæ ad Theophilum, τῶν παρὰ θηβαίοις (inquit) καλȣμένων ταβεννησίων: h. e. *eorum qui apud Thebæos* (sive, *in thebaide*) *vocantur Tabennesii*. S. Hieronymus (Præf. in Reg. S. Pachomii) ipsos nominat *Tabennenses*. Verum haud scio an locus ille, quem dixi, *Tabenna* unquam ab ægyptiis vocatus sit: credibilius videtur nuncupatum semper fuisse ⲦⲀⲂⲚ̄ⲚⲎⲤⲈ̀, *Tabennesé*, aut; si mavis latina terminatione uti, *Tabennesum*, aut *Tabennesim*, ut num. 28. Vitæ græcæ S. Pachomii etc. ubi legimus, εἰς ταβέννησιν. Quidam Nili insulam fuisse eum locum existimant, et apud Sozomenum lib. 3. cap. 14. legunt, ἐν ταβέννῃ νήσῳ τῆς Θηβαΐδος, *in Tabenna insula Thebaidis*; sed merito Tillemontius Adnotatione 5. pag. 678. tom. 7. aliorum codicum lectionem amplectitur, in quibus non ἐν ταβέννῃ νήσῳ, sed ἐν ταβεννήσῳ, *in Tabenneſo*, scriptum fuit. Lege, quæso, eam Adnotationem. Suspicari tamen quis potest, nomen ipsum ⲦⲀⲂⲚ̄ⲚⲎⲤⲈ̀ ex ⲦⲀⲂⲚ̄, et ⲚⲎⲤⲈ̀ compositum esse, nomine autem ⲚⲎⲤⲈ̀ *inſulam* designari. Hanc suspicionem absurdam omnino esse non ausim equidem affirmare: animadvertendum tamen est insulam thebaice, ac memphitice non ⲚⲎⲤⲈ̀ dici, sed ⲚⲎⲤⲞⲤ, vocabulo e Græcia in Ægyptum delato: ut ex ægyptiis Actorum Apostolicorum Interpretibus patet apud Tukium pag. 286: ac ne illud quidem omittendum est, a græco scriptore, aut Interprete Vitæ S. Pachomii etc. eumdem locum num. 7. non νῆσον appellari, sed κώμην, i. e. *vicum*, *pagum*: imo ne ταβεννῆσον quidem ab eo nuncupari, sed ταβεννῆσιν, *Tabenneſim*.

[4] ⲀⲔⲤⲀϨⲰⲔ̀) Notanda lineola supra Ⲱ ducta etsi addatur postea accentus. Quod vero spectat ad genuinam vocis vim, rursus hæreo, ac peritiorum virorum, aut aliorum Fragmentorum eam habentium opem exposco. Memphitice ⲤⲀϨⲰ est *arguere*: sed hoc ad rem non facit. An vox componitur ex ⲤⲀ, et ϨⲰⲔ seu ϨⲰⲰⲔ? Apud Tukium pag. 242. verba quæ Pilati uxor Matth. XXVII. 19. dixit, ȣ̓δὲν σοι ϗ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, *nihil tibi et iuſto illi*, thebaice sic afferuntur: ⲤⲀϨⲰⲰⲔ ⲈⲂⲞⲖ Ⲙ̄ⲠⲈⲒ ⲆⲒⲔⲀⲒⲞⲤ. Superius vero in septimo hoc Fragmento vidimus paulo ante, ⲈⲨⲤⲀ ⲚⲈⲨ ⲈⲢⲎⲨ. E contrario apud Tukium pag. 464. quod Job. I. 1. legitur, ἀπεχόμενος, *abstinens* (*ab omni re mala*), thebaice sic redditur: ⲈϤⲤⲀϨⲎⲨ ⲈⲂⲞⲖ Ⲛ̄ϨⲰⲂ ⲚⲒⲘ ⲈⲦϨⲞⲞⲨ.

[5] Ⲛ̄ⲞⲨⲰϢ) Nomen ⲞⲨⲰϢ eodem, quo heic, sensu adhibitum vidimus superius p. 136. ita ut sit *animi alacritas*: *compiacenza*: *contentezza*.

[6] Ⲙ̄ⲠⲰ-

[6] ⲙ̄ⲡⲱⲣϫ᾽) De nomine ⲱⲣϫ, ἀκρίβεια, dixi ad Fragm. V. pag. 97.

[7] ⲉⲧⲉⲓ) Scribe, ⲉⲧⲓ, *adhuc:* ut recte apud Tukium scribitur pag. 189. etsi pagina postmodum 354. perperam scribatur ⲉⲧⲉⲓ, ut heic.

[8] ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ᾽) Hoc adverbium, quod apud Tukium modo recte, modo perperam scripsit typographus, græcis quidem semper valet, *similiter*, nunquam vero, *tamen*. Ab Ægyptiis autem qui accurate scribant, eodem modo usurpatur. Sed nonnunquam aut Auctores, aut potius librarii minus diligentes ibi etiam habent, ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ᾽, ubi scribendum esset, ϩⲟⲙⲱⲥ, *tamen*. Rem ita esse perspicuum est ex Pontificali part. 2. pag. 360, ubi memphitice ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ legitur, quamvis ibi sine controversia dicendum sit ⲟⲙⲱⲥ, *tamen*: nam et Apostolus, cujus verba in eo loco recitantur ex ep. 1. ad Cor. XIV. 7., habet ὅμως, *tamen*. Apud nostrum vero historicum hoc in loco videtur potius vertendum esse, *tamen*, quam *similiter*: sive librarius, sive ipsemet Auctor is fuerit qui scripsit ϩⲟⲙⲟⲓⲱⲥ pro ϩⲟⲙⲱⲥ.

Pagina XI.

ⲥⲍⲋ

ⲥⲉⲙ̄ⲡϣⲁ᾽ ⲛ̄ⲛⲉⲓ̈
ⲧⲁⲉⲓⲟ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄
ⲧⲁⲕ ϫⲟⲟⲩ ⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲛ̄ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ·
ⲉⲓ̈ⲉ ⲡⲱⲥ᾽ ⲉⲣϣⲁⲛ
ⲧⲉⲭⲣⲉⲓⲁ᾽ ϣⲱ̄ⲡⲉ
ⲛ̄ⲧⲉⲛⲡⲁⲣⲁⲅⲉ
ϩⲓⲧⲛ̄ ⲛⲉⲩϩⲉⲛⲉⲉ
ⲧⲏ᾽ [1]. ϣⲁⲩϯϩⲓⲥⲉ
ⲛⲁⲛ᾽ ⲁⲩⲁⲛⲁⲕⲣⲓ
ⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲛ᾽ ϫⲉ ⲉⲛ
ⲧⲱⲧⲛ̄ ϩⲉⲛⲙⲉ
ⲗⲓⲧⲓⲁⲛⲟⲥ᾽ [2] ϣⲁⲛ
ϩⲓⲥⲉ ⲉⲛϩⲟⲙⲟⲗⲟ
ⲅⲉⲓ᾽ ϫⲉ ⲉⲛⲏⲡ᾽ⲉⲁ
ⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ.
ⲡⲉϫⲁⲩ᾽ ϫⲉ ϣⲁⲣⲉ
ϩⲁϩ ⲉⲓ ⲉⲡⲉⲓ̈ⲙⲁ
ⲛ̄ⲥⲉⲉⲣⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ
ϫⲉ ⲉⲛⲏⲡ᾽ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̄ⲧⲛ̄ϣⲟⲡⲟⲩ᾽ ⲉ
ⲣⲟⲛ᾽ ⲕⲁⲧⲁⲧⲉⲛ
ⲧⲟⲗⲏ ⲙ̄ⲡⲉⲩⲁⲅ
ⲅⲉⲗⲓⲟⲛ · ⲙⲛ̄ⲛ̄
ⲥⲱⲥ᾽ ⲉⲩϣⲁⲛⲃⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧⲛ̄
ϣⲁⲛϣⲓⲛⲉ ⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧⲟⲩ, ⲛ̄ⲧⲛ̄ϩⲉ ⲉ
ⲣⲟⲟⲩ, ⲉϩⲉⲛⲙⲉⲗⲓ
ⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲛⲉ · ϩⲟ
ⲙⲱⲥ᾽ ⲛ̄ϩⲓⲥⲉ ϫⲉ
ⲉⲛⲏⲡ, ⲉⲣⲟⲕ᾽ⲙⲉⲩ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲛⲁⲛ.
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ϫⲉ ⲛ̄
ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ
ⲟⲥ, ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ᾽
ϫⲉ ⲱ᾽ ⲛ̄ϩⲁⲡⲗⲟⲩⲥ᾽

ⲉⲧⲉ-

ⲉⲧⲉⲙⲛ̄ⲧⲁⲩ ⲙ̄ⲙⲁⲩ
ⲛ̄ⲧⲇⲓⲁⲕⲣⲓⲥⲓⲥ' ⲛ̄
ⲛⲉⲅⲣⲁⲫⲏ · ⲁⲩⲱ
ⲉⲧϣⲱⲡ' ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲛ̄
ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ' ⲁϫⲛ̄ ⲇⲟ
ⲕⲓⲙⲁⲍⲉ · ⲙⲏ'ⲉⲧⲉ
ⲧⲛ̄ ⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲣⲉ
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲛ̄ⲧⲕⲟⲓ
ⲛⲱⲛⲓⲁ' ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
ⲣ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ϩⲉ̀ ⲛ̄ⲥⲉⲧⲙ̄
ϣⲱⲡⲉ ⲛ̄ⲣⲉϥⲇⲟ
ⲕⲓⲙⲁⲍⲉ ⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ . ⲛ̄
ⲧⲟⲟⲩ ⲅⲁⲣ' ⲥⲉⲉⲓⲣⲉ ⲙ̄
ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲙ̄ⲡϣⲁ
ϫⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ' ϩⲙ̄ⲡⲉⲩ
ⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ · ⲥⲉϣⲟ
„ ⲟⲡ'ϩⲛ̄ϩⲁⲣⲉϩ ⲛⲓⲙ ·
„ ⲛ̄ⲑⲉ ⲉⲧⲉⲣⲉⲡⲉⲛ
„ ϫⲟⲉⲓⲥϫⲱⲙ̄ⲙⲟⲥ
„ ϫⲉ ϯϩⲧⲏⲧⲛ̄ ⲉⲣⲱ
„ ⲧⲛ̄ ⲉⲛⲉ ⲡⲣⲟⲫⲏ
„ ⲧⲏⲥ ⲛ̄ⲛⲟⲩϫ ⲛⲁϊ
„ ⲉⲧ.ⲛⲏⲩ ϣⲁⲣⲱ
„ ⲧⲛ̄ ϩⲛ̄ ϩⲉⲛϩⲃ̄ⲥⲱ̂
„ ⲛⲉⲥⲟⲟⲩ , ⲡⲉⲩϩⲟⲩⲛ
„ ⲇⲉ̀ ϩⲉⲛ ⲟⲩⲱⲛϣ̂
ⲛ̄ⲣⲉϥⲧⲱⲣⲡ̄ ⲛⲉ :
ⲁⲩⲱ ⲟⲛ ϫⲉ ⲇⲟⲕⲓⲙⲁ

ADNOTATIONES.

[1] ϫⲉ ⲉϣϫⲉ etc.) „ *si Fratres cœnobitæ* (in commune vi-„ ventes) *omnibus hisce, quos de iis loquens dixisti, honoribus di-„ gni sunt, quî ergo fit, ut cum opus nobis fuerit per illorum „ contubernïa transire, nobis molestiam afferant, nosque examinent „ sciscitantes: Num Melitiani estis vos? donec fatigati (tædioque „ affecti) profiteamur e numero Fratrum Abbatis Antonii nos esse? „ Nobis vero ipsi subiungendo dicunt: Multi huc venire solent, „ seseque de numero illius Fratrum esse protestantur, itaque ipsos „ iuxta Euangelii præceptum hospitio excipimus: sed postea, quum „ a nobis discesserint, de ipsis cuiusmodi sint percontamur, et Me-„ litianos fuisse comperimus. Ipsi tamen ægre ferentes quod tui re-„ putemur, fidem nobis non adhibent. Abbas vero Antonius eis re-„ spondens ait: O simplices, qui Scripturarum discretionem non ha-„ betis, et quidlibet* (*quemlibet*) *sine examine admittitis* (exci-„ pitis). *Numquid vultis, ut sanctæ communitatis Fratres ita se „ gerant ut vos facitis, et nihil* (vel, neminem) *examinent? „ Illi enim verbi, quod in Euangelio scriptum est, recordantur, „ et* servant omnia (ex Matth. XXVIII. 20.) *iuxta illud quod „ Dominus noster aiebat* (Matth. VII. 15.)*:* „ Attendite vobis „ a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, „ intrinsecus autem sunt lupi rapaces „. *Et insuper* „ etc.

[1] Alibi scriptum video, ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ̀. Heic scribitur ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲏ' fortasse quia pluraliter ponitur.

[2] ϩⲉⲛ ⲙⲉⲗⲓⲧⲓⲁⲛⲟⲥ', *Melitiani)* Ita vocabantur in Ægy-pto

pto Schismatici quidam homines celebrem illum Melitium (aut si mavis, Meletium), Lycopolitam in ipsa Ægypto Episcopum, schismatisque auctorem ac ducem secuti, cuius crebro meminit S. Athanasius. Sanctum vero Antonium *cum Melitianis nunquam communicasse* testatur idem S. Athanasius in huius Vita num. *68*.

Pagina XII. CξZ

ⲍⲉ ⲛ̄ϩⲱⲃ [m] ⲛⲓⲙ'ⲁ
ⲙⲁϩⲧⲉ' ⲙ̄ⲡ'ⲡⲉⲧ
ⲛⲁⲛⲟⲩϥ · ⲉⲃⲟⲗ
ϫⲉ ⲟⲩⲛ̄ ⲟⲩⲁⲅⲁⲡⲏ
ⲣⲉⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙⲉⲉⲩⲉ
ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲁⲛⲟⲩⲥ'
ⲉⲣⲉⲧⲉⲥϩⲁⲏ̄ ⲡⲏϩ'
ⲉⲁⲙⲛ̄ⲧⲉ [s]: ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲇⲉ' ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲕⲗⲏⲣⲓ
ⲕⲟⲥ', ⲁⲩⲡⲓⲑⲉ'ⲉϫⲛ̄
ϩⲱⲃⲛⲓⲙ ⲛ̄ⲧⲁⲉⲓⲟ'
ⲉⲛⲧⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ
ⲁⲡⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ'
ⲉϫⲛ̄ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ' ⲛ̄
ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ.
ⲁⲩⲱ ⲙ̄ⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲥ ⲁϥ
ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥϣⲗⲏⲗ
ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁⲩ, ⲁⲩⲉⲓⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ̄ ⲉⲡⲉⲩ
ϫⲟⲓ, ϩⲛ̄ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ.
ⲉⲁϥϫⲟⲟⲩ' ϩⲓⲧⲟⲟ
ⲧⲟⲩ ⲛ̄ⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲧⲟ
ⲗⲏ' ϣⲁⲡⲙⲁⲕⲁ
ⲣⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲁⲑⲁⲛⲁ
ⲥⲓⲟⲥ ⲡⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓ
ⲥⲕⲟⲡⲟⲥ:
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲉⲓ̂ [a] ⲉⲣⲉⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ϩⲛ̄ⲣⲁⲕⲟⲧⲉ̀
ⲁϥⲙ̄ⲕⲁϩ' ϩⲙ̄ⲡϣⲱ
ⲛⲉ ϩⲙ̄ⲡⲃⲟⲟⲩ [3], ⲛ̄ϭⲓ
ⲁⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱⲛⲓ
ⲟⲥ', ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛ̄ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, ⲉⲧⲥⲟ
ⲟⲩϩ' ⲉⲣⲟϥ' ⲧⲏⲣⲟⲩ
ϫⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ
ⲡⲧⲱϣ ⲡⲉ ⲡⲁï
ⲉⲧⲣⲁⲃⲱⲕ ϩⲛ̄ⲧⲉ
ϩⲓⲏ̄ ⲙ̄ⲡⲕⲁϩ ⲧⲏ
ⲣϥ̄ [4] ⲕⲁⲧⲁⲛⲉⲅⲣⲁ
ⲫⲏ' ⲧⲉⲛⲟⲩϭⲉ' ⲁ
ⲛⲁⲩ, ϫⲉ ⲉⲧⲉⲧⲛ̄
ⲟⲩⲉϣ' ⲛⲓⲙ' ⲉⲧⲣⲉϥ
ϣⲱⲡⲉ ⲛⲏⲧⲛ̄
ⲛ̄ⲉⲓⲱⲧ' ⲛϥ̄ⲙⲟ
ⲟⲛⲉ'ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄
ϩⲛ̄ⲧⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲙ̄
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ · ⲁⲩⲟⲩⲱ
ϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛⲁϥ' ϩⲓⲟⲩ
ⲥⲟⲡ, ⲉⲩⲣⲓⲙⲉ' [s] ϫⲉ
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲛ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ', ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲥⲟ
ⲟⲩⲛⲁⲛ' ⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ
ⲛ̄ⲥⲁⲃⲗ̄ⲗⲁⲕ · ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲟⲕⲟⲛ' ⲡⲉⲛ
ⲧⲁⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ'
ⲧⲁⲁⲛ ⲉⲧⲟⲟⲧⲕ̄
ⲉϥⲛⲁⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄.
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲣ̄ⲱ̄' ⲁ
ⲡⲧⲱϣ' ⲟⲩⲱ̄ ⲉϥ
ϣⲱⲡⲉ ⲉⲧⲣⲁⲕⲁ
ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲉϩⲣⲁï,
ⲛ̄ⲑⲉⲛ̄ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲙ'
ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ' ⲡⲉⲛⲧⲁⲩ

ADNOTATIONES.

[m] ⲁⲩⲱ ⲟⲛ etc.) „ *Et insuper* (ep. 1. ad Thess. V. 21.): „ *Probate omnia: tenete quod bonum est.* „ *quia charitas* (dilectio) „ *quædam est, quam homo putat bonam esse, et* illius novissima „ ad infernum *perveniunt* (ex Prov. XIV. 12, et XVI. 25). „ *Fratres vero, Clericique de iis omnibus persuasi sunt, quæ Ab-* „ *bas Antonius honorifice dixerat de Fratribus Cœnobitis. Atque is* „ *postea surrexit, et una cum his oravit: hi vero ab eo disceden-* „ *tes ad suum ipsorum navigium in pace reversi sunt, quum epi-* „ *stolam per ipsos misisset* (*Antonius*) *ad beatum Patrem* (*Apa*) „ *Athanasium Archiepiscopum. Quumque adhuc Alexandriæ* (in Ra- „ cote) *essent Fratres, morbo correptus afflictusque est in Bou Ab-* „ *bas Petronius, et Fratres, qui apud eum cuncti congregati erant,* „ *ita allocutus est: Ecce statutus finis hicce est, ac tempus, ut* in „ via universæ terræ vadam *juxta Scripturas. Videte ergo nunc,* „ *quemnam vobis in Patrem esse velitis, qui vos in Domini præ-* „ *cepto* (lege) *regat. Cuncti vero simul plorantes responderunt:* „ *Post Deum, et* (Pachomium) *Patrem nostrum nos neminem no-* „ *vimus præter te: ac tute insuper ille es cui Pater noster moribun-* „ *dus nos tradidit. Respondit vero eis* (Petronius): *Quod ad me* „ *quidem spectat, statutum jam est, ut corpus meum, aliorum* „ *omnium instar, derelinquam. Nunc ergo* „ etc.

[1] ⲧⲉⲥϩⲁⲏ etc. *il fine di essa: novissima illius*) Locutio Biblica. Vide loca in textu citata.

[2] ⲉⲧⲉⲓ) Heic quoque, ut paulo ante, scribe, ⲉⲧⲓ, *adhuc*.

[3] ϩⲙ̄ⲡⲃⲟⲟⲩ, *nel Boù: nel monastero del Boù*) Græci pronunciant, scribuntque Βαῦ, *Bau*, nec non in Vita S. Pachomii passim Παβαῦ, *Pabau*, hoc est, *quello di Bau*; sicut monasterium Chnum dicitur etiam Παχνοῦμ, *Pachnum: quello di Chnum*. Ægyptius quoque episcopus Ammo in Epist. ad Theophilum num. 1. ait: τῷ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ ἦν ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ θεόδωρος, ἐπέστημεν, ὃ καλεῖται Βαῦ, *ad monasterium, in quo erat Theodorus servus Dei, propius accessimus, quod vocatur Bau*. Sed equidem propria ægyptiorum nomina suis literis, quantum fieri potest, reddere amo: de recentiori vero, aut etiam vetusta, sed singulis literis non respondente pronunciatione parum solicitus sum, quia neque hanc alteri anteponendam puto, nec ægyptius magister quem hisce de rebus consulam, præsto est, neque cum ægyptiis me unquam locuturum spero. Primum porro monasterium in Tabennese fundavit Sanctus Pachomius, secun-

cundum autem, idque maiori amplitudine, in Bou: ad quod ex monasterio *Men* (sive, ut rectius legit Tillemontius, *Tismen*) venerat Petronius noster, illuc quamvis ægrotans accersitus, et a Sancto Pachomio moribundo successor designatus. Primum tamen monasterium secundo ita vicinum erat, ut Sanctus Theodorus Tabennesiis præfectus quotidie ex Tabennese ad Bou pergeret, Sanctum Pachomium invisendi causa. Lege Papebrochium, et Tillemontium. Quod vero alterum hoc monasterium in latinis græcisve libris interdum appelletur etiam *Baum*, et *Paban*, et *Pibi*, et *Prou*, ortum puto ex genuini nominis *Bou* depravatione: nec enim credibile videtur, unum eundemque locum tam multis modis nuncupatum esse. Qui latine scripserunt *Baum*, ut legitur in quintæ sextæque S. Pachomii Epistolæ inscriptione, et apud Gennadium, ii græcorum, aut forsitan ægyptiorum quorundam pronunciationem secuti ex Bou fecerunt Bau, tum Latinam terminationem in *m* addiderunt. *Paban* vero mendum est, ut existimo, librariorum, pro *PaBau*, seu *PaBou*: *quello di Bou*. Lectio quoque *Pibi*, quam latinis quibusdam in libris inveniri aiunt Papebrochius, et Tillemontius, mendosa sine dubio est, mea quidem opinione: tolerabilior autem esset, si scriptum foret *Piby*: dici enim posset pro thebaico articulo memphiticum *Pi* adhibitum esse, in vocula vero *By* literam *y* pronunciatam fuisse tanquam *u*: nam revera Y psilon ita ferme efferebatur ut *u*. Demum Πϱοοῦ, sive *Prou*, mendum itidem videtur eorum, qui pronunciare *Pbou* quum nequirent, literæ B græcum P, seu latinam literam *R* subrogarunt.

[4] Locutio Biblica ex lib. 3. Regum II. 2, ubi David ait: *πορεύομαι ὁδῷ πάσης τῆς γῆς, ingredior (vado) viam universæ terræ.*

[5] ⲈⲨⲢⲒⲘⲈ, *flentes*) Vir Cl. Barthelemyus in eo, quod superius citavi, opusculo pag. 398. de verbi memphitici ⲢⲒⲘⲒ (theb. ⲢⲒⲘⲈ) origine coniecturam hanc affert: *Le mot* ⲢⲒⲘⲒ, *qui signifie des* pleurs, *paroît venir de la racine* ⲒⲢⲒ, *c' est-à-dire*, faire *ou* produire, *et de la racine* ⲘⲒ, *qui signifie de l'* eau; *par conséquent* faire *ou* produire *de* l' eau, *c' etoit* pleurer... *le mot* aqua *se disoit originairement, chez les Egyptiens*, ⲘⲎ, ⲘⲒ, *ou* ⲘⲀ. Verum aqua ægyptiace non dicitur nec ⲘⲒ, nec ⲘⲎ, nec ⲘⲀ, sed aut memphitice ⲘⲰⲞⲨ, aut thebaice ⲘⲞⲞⲨ, *mo-u*: vocula vero ⲘⲀ locum significat, aut, *date*, vel, *da*: ⲘⲒ nihil valet: et ⲘⲎ græca est particula ab ægyptiis adoptata: præterquamquod nimis ingeniose videntur hæc excogita-

ta, et parum credibilia, etsi constaret aquam in ægypto dictam esse etiam ⲙⲓ: quod tamen nullo argumento confirmari potest.

Pagina XIII.

ⲥ̄ⲝ̄ⲏ̄

ϭⲟⲗⲡϥ̄ [a] ⲉⲣⲟⲓ̈ ⲛ̄ϩⲁϩ
ⲛ̄ⲥⲟⲡ, ⲉⲧⲣⲉϥⲕⲉⲧ
ⲛⲉⲧⲛ̄ⲯⲩⲭⲏ ϩⲛ̄
ⲑⲟⲧⲉ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲉ ϩⲱⲣⲥⲓⲏ̄ⲥⲓⲟⲥ [1].
ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲛⲉϥϩⲙⲟ
ⲟⲥ ⲉϩⲣⲁⲓ̈ [2], ⲁⲩⲱ ⲛⲉϥ
ⲣⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲁϭⲟⲙ
ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲉⲓ̈ϩⲱⲃ.
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ̄ ⲇⲉ ⲛⲁϥ
ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱ
ⲛⲓⲟⲥ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲁⲛ ⲡⲉⲧ ⲧⲱϣ ⲙ̄
ⲙⲟⲕ ⲉⲡⲉⲓ̈ ϩⲱⲃ.
ⲟⲩⲇⲉ ⲣⲱⲙⲉ ⲁⲛ
ⲡⲉ. ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲡⲉ ⲙⲛ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ. ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄
ⲛ̄ⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ̈ ⲁϥⲟⲩ
ⲱⲛ ⲛ̄ⲣⲱϥ ⲁϥ
ϯ ⲙ̄ⲡⲉϥⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲛ̄
ϭⲓ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄ⲇⲓ
ⲕⲁⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲡⲉ
ⲧⲣⲱⲛⲓⲟⲥ ⲛ̄ⲥⲟⲩ
ϫⲟⲩⲧⲏ̄ [3] ⲙ̄ⲡⲉⲃⲟⲧ
ⲉⲡⲓⲫ [4]. ⲁⲩⲱ ⲁⲁⲡⲁ
ϩⲱⲣⲥⲓⲏⲥⲓⲟⲥ ⲣ̄ⲧⲉⲩ
ϣⲏ ⲧⲏⲣⲥ̄ [5] ⲙⲛ̄ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ, ⲉⲩⲱϣ ⲉⲩ
ϣⲗⲏⲗ ⲙ̄ⲡⲉϥⲕⲱ
ⲧⲉ. ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲙ̄
ⲡⲛⲁⲩ ⲛ̄ⲧⲥⲩⲛⲁⲝⲓⲥ
ⲁϥⲧⲣⲉⲩⲕⲱⲱⲥ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲕⲁⲗⲱⲥ
ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲧⲁⲗⲟ ⲉϩⲣⲁⲓ̈
ⲉϫⲱϥ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲣⲟⲥ
ⲫⲟⲣⲁ [6]. ⲁⲩⲯⲁⲗⲗⲉⲓ [7]
ϩⲁⲧⲉϥ ϩⲏ ϣⲁⲛ
ⲧⲟⲩϫⲓⲧϥ̄ ⲉⲡⲧⲟ
ⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲉⲧⲟⲙⲥϥ̄ ϩⲁϩ
ⲧⲛ̄ ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ.
ⲛ̄ⲁⲣⲭⲁⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲉⲧ
ϩⲛ̄ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ, ⲁⲩ
ϣⲁϫⲉ ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲩⲉ
ⲣⲏⲩ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ
ⲉⲩⲙⲟⲕϩ̄ ⲛ̄ϩⲏⲧ.
ϫⲉ ⲁⲣⲁ ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲙ̄ⲡϣⲁ
ⲁⲛ ⲛ̄ⲣ̄ϩⲏⲃⲉ ⲛ̄ϩⲟⲩⲟ
ⲉϫⲛ̄ ⲡⲉⲛⲧⲁϥ ⲛ̄
ⲕⲟⲧⲕ̄· ⲡⲁⲓ̈ ⲉⲛⲧⲁ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲛ̄ⲇⲓ
ⲕⲁⲓⲟⲥ ⲕⲁⲑⲓⲥⲧⲁ
ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉϫⲱⲛ ⲉ
ⲧⲣⲉϥ ⲙⲟⲟⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲛ
ⲛ̄ⲑⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲙⲟⲟⲛⲉ
ⲉⲥⲑⲁⲗⲡⲉⲓ ⲛ̄ⲛⲉⲥ
ϣⲏⲣⲉ [8]. ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ
ⲉⲛϣⲁⲛ ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ
ⲁⲣⲏⲩ, ⲉⲛⲧⲁⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ ϭⲱⲛⲧ̄ ⲉⲣⲟⲛ,
ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲁⲑⲏⲧ ⲧⲉ
ⲧⲉⲛⲟⲩϭⲉⲟⲛ ϥⲥⲙⲁ
ⲙⲁⲁⲧ ⲛ̄ϭⲓⲡⲉⲛ·
ⲧⲁⲩⲧⲁⲁⲛ ⲉⲧⲟⲟⲧϥ̄
ⲉϥⲉϣⲱⲡⲉ ⲛⲁⲛ

A D-

ADNOTATIONES.

[a] ⲦⲈⲚⲞⲨ ϬⲈ etc.) „ *Nunc ergo ille, de quo mihi sæpius* „ *revelatum est, fore ut is animas vestras in timore Domini ædificet, est Horsiesius. Ipse vero Horsiesius ibi sedebat, ac flens* „ *ait: Meis viribus par non est hoc opus* (onus). *Sed respondit* „ *ei Apa (Pater) Petronius in hunc modum: Is qui sic decrevit,* „ *ac tibi hocce onus imponit, non ego sum, neque ullus homo* „ (huius Mundi), *sed Deus, et Pachomius Pater noster. Et paulo* „ *post, aperto ore, spiritum suum tradidit Vir iustus Abbas Petronius die vigesima mensis Epiph. Abbas vero Horsiesius, et Fra-* „ *tres totam noctem circum Petronii cadaver legendo, atque oran-* „ *do transegerunt. Mane autem, horâ synaxeos, exequias ipsi rite* „ *fieri curavit, atque Oblatio (Missa) super ipso oblata est, Psal-* „ *mique coram illo* (vel, *pro illo*) *recitati* (vel, *cantati*) *donec* „ *in montem asportaretur, et prope Patrem nostrum (Pachomium)* „ *humaretur. In Fratrum autem cœtu qui Seniores erant, sibi in-* „ *vicem mœstitia pleni aiebant: Digni ergo non sumus qui amplius* „ (vel, *satis*) *super hunc qui obiit lugeamus, quem Pater noster* „ *iustus (Pachomius) nobis præfecerat, ut nos regeret ac pasceret,* „ sicut nutrix fovet filios suos. *Si enim Deum nobis forsitan iratum esse dixerimus, insipienter loquemur* (insipientia hoc erit). „ *Nunc ergo etiam ille benedictus, cui nos a Petronio traditi sumus,* „ *utinam diutissime nobis conservetur. Etenim* „ etc.

[1] ϨⲰⲢⲤⲒⲎⲤⲒⲞⲤ) Huius Sancti Abbatis nomen varie a latinis librariis scriptum, ac sæpius deformatum, nunc a plerisque scribitur, *Orsiesius*, a græcis vero ὡρσίσιος, *Orsisius*. Ægyptii scribunt cum aspiratione quum thebaice, ut heic, tum memphitice, ut in Theotociis pag. 44, ubi vocatur ⲠⲒ ⲀⲄⲒⲞⲤ ⲀⲠⲀ ϨⲰⲢⲤⲒⲎⲤⲒ, *Sanctus Apa* (*Pater*) *Horsiesi*. De ipso, eiusque opusculis scripserunt plures, ac præ ceteris nuper vir perdoctus Gallandius ὁ μακαρίτης tom. 5. Bibliothecæ Veterum Patrum. Lege ibi Præfationem: nec enim instituti mei est ea repetere, quæ alibi facile invenire lector potest.

[2] ⲚⲈϤϨⲘⲞⲞⲤ ⲈϨⲢⲀⲒ, *sedebat*) Apud Tukium quoque pag. 458. ϨⲘⲞⲞⲤ ⲈϨⲢⲀⲒ valet, *sedere*, *considere*.

[3] ⲚⲤⲞⲨϪⲞⲨⲦⲎ̀, *die vigesima: adì venti del mese)* Pro ϪⲞⲨⲦⲎ̀, *viginti*, Memphitæ dicunt ϪⲰⲦ. Thebaice vero apud Tukium pag. 457. ⲚⲤⲞⲨϪⲞⲨⲦ.. ⲘⲠⲈⲂⲞⲦ valet, *adì venti del mese: die vigesima... mensis*. Et pag. 449. ⲠⲘⲈϨϪⲰⲦ thebaice itidem (nisi typotheta erravit) est, *vigesimus*. Et pagg.

458,

458, ac 459. etsi memphitica, et latina versio utrobique habeat, *die vigesima septima mensis*, thebaica tamen in versione ibi allata uno quidem in loco totum hoc plane omittit typographus, in altero autem est ⲚⲤⲞⲨⲘⲎⲦ ⲤⲀϢϤ ⲘⲠⲈⲂⲞⲦ, *adì* 17. *del mese*. Lacrozius demum in Sylloge habet thebaice ϪⲞⲨⲰⲦ, et ϪⲞⲨⲦ, et ϪⲰⲞⲨⲦⲈ, *viginti*.

[4] ⲈⲠⲒⲪ) Undecimus ægyptiaci anni mensis Quintili nostro, quem Julium dicunt, maiori ex parte respondens, memphitice a Lacrozio dicitur ⲈⲠⲎⲠ: sed alibi postea ipse ait, *undecimum mensem* esse ⲠⲀⲰⲠⲒ, seu ⲠⲀⲞⲠⲒ: quod mirum sane videtur. Thebaice vero, et memphitice apud Tukium pag. 392. dicitur ⲈⲠⲎⲠ, in græcis Lexicis ἐπιφή, et in celebri epigrammate de mensibus Ægyptiorum (Anthologiæ pag. 72.) ⲈⲠⲎⲪⲒ'. Crediderim itaque scribendum heic esse ⲈⲠⲎⲪ. Hic porro mensis incipit die septima Quintilis. Obiit ergo Abbas Petronius die 26. Quintilis nostri. Verum Historico huic græcus Scriptor Vitæ S. Pachomii etc. ex parte saltem adversatur: Nimirum is num. 75. obitum Sancti Pachomii contigisse narrat *die decimaquarta mensis* Παχών, *Pachon*: quæ dies nonæ diei Romani mensis Maii respondet. Nonum enim ægyptiaci anni mensem, vigesima sexta Aprilis die incipientem, Græci vocant παχών: idque nomen memphitico ⲠⲀϢⲞⲚⲤ, quod Lacrozius habet, tantum respondet, quantum fieri poterat: nam græci cum careant elemento ϣ, seu litera S aspirata, eam reddunt per Ϫ: quam literam græci aliquando, et ægyptii pronunciant ut ϣ, ideoque χαῖρε, ex. gr. pronunciant *shere:* et pro ⲀⲢⲬⲒⲘⲀⲚⲆⲢⲒⲦⲎⲤ scribunt non recte ⲀⲢϢⲒⲘⲀⲚⲆⲢⲒⲦⲎⲤ: terminationem vero in ΝΣ græca lingua non admittit; atque hac de causa non παχώνς dixerunt græci, sed παχών. Ægyptii vero nostra ætate pronunciant, *bescenes*, teste doctissimo Præsule Borgia (Præfatione in Acta S. Coluthi pag. 58.): ideoque pro *p* dicunt de more *b*: pro *a* dicunt *e*: pro ⲱ megalo (sive pro ⲰⲞⲨ, ut ab Ægyptiis vocatur) dicunt itidem *e*: quod idem plane est, ac omnia sus deque vertere. Tukius cap. 44. thebaice quidem scribit ⲠⲀϪⲰⲚⲤ, memphitice vero ⲠⲀϢⲰⲈⲨⲤ: sed postremam hanc scripturam mendosam esse nemo, opinor, negabit, scribendumque fuisse ⲠⲀϢⲰⲚⲤ. Redeo ad græcum historicum. Ille ergo postquam S. Pachomium mense Pachon obiisse tradidit, Abbatem Petronium mortuum esse affirmat ἐπι φιτοῦ αὐτȣ μηνὸς ἑβδομὴ ϗ εἰκάδη (scribendum, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι, vel εἰκοστῇ): sive, ut vertit Daniel Cardonus pag. 325, *septimo et vigesimo*

die

die eiusdem mensis (nempe Pachon). Hinc fit, ut Tillemontius tredecim tantum dies S. Pachomio Petronium superstitem fuisse scribat, Papebrochius vero hunc *mensis Maii* 21. *die* obiisse. Sed quod ad mensem spectat, quo e vita Petronius excesserit, græcus scriptor, mea quidem sententia, cum ægyptio consensit. Id ut clarius appareat, hæc animadverto. Auctor *Annotatorum* in græcum textum, sive Papebrochius fuerit, seu potius Cardonus, ad verba a me prolata hæc adnotat: *Ecgraphum quidem nostrum* φιτȣ͂ μηνὸς, *sed errorem corrigendum monuit ipsa temporis brevitas... addens quod nullus eo nomine mensis Ægyptiis sit.* Ita ille. Apographum ergo habebat φιτȣ͂, quod nihil significat; Cardonus vero pro φιτȣ͂ legendum censuit, αὐτȣ͂, *eiusdem*. Perperam itaque illud αὐτȣ͂ textui typographus inseruit post φιτȣ͂, reiiciendum enim erat in marginem, aut in scholium, et pro ἐπὶ φιτȣ͂ αὐτȣ͂ μηνὸς, scribendum erat, ἐπὶ φιτȣ͂ μηνὸς, ut erat in apographo quod Cardono traditum fuit. Apographi vero ipsius scripturam alio modo emendandam esse equidem puto, ac legendum in hunc fere modum: ἐπιφὶ τȣ͂ μηνὸς, *mensis Epiphi*: ideoque Petronium non mense Maio, sed Quintili, duobus nempe, et amplius mensibus post S. Pachomium, obiisse. Quod vero spectat ad mensis diem, haud scio an maior ægyptio nostro fides sit adhibenda: græci sane Codices manuscripti, quos exscripsit Cardonus, mendis passim inquinati erant.

[5] Lege Vitam S. Pachomii etc. num. 75. pag. 325, ubi proxime post S. Pachomii obitum peracta videbis in eius funere eadem fere ac ea quæ heic pro Abbate Petronio iam vita functo peracta narrantur. Ibi tamen Synaxis, et Missa diserte non commemorantur, ut heic, etsi neutram omissam fuisse existimandum sit.

[6] ⲚⲦⲈ ⲠⲢⲞⲤⲪⲞⲢⲀ, *Oblationis*, i. e. Missæ) Vide clariss. Georgii Scholia in Acta S. Coluthi pag. 131., et S. Athanasii Apologiam contra Arianos num. 28. Vocatur Missa etiam ⲀⲚⲀⲪⲞⲢⲀ, quod idem valet ac ⲠⲢⲞⲤⲪⲞⲢⲀ.

[7] ⲈⲨⲮⲀⲖⲖⲈⲒ) Verbum ψάλλειν, *psallere*, hoc in loco nihil aliud denotat, quam *psalmos recitare*, aut fortasse etiam *eos cantare*. In funere S. Pachomii quoque τὸ σῶμα ἀπηνέχθη... μετὰ ψαλμῶν εἰς τὸ ὄρος, *corpus* (Pachomii) *cum psalmis in montem fuit delatum*.

[8] Ex ep. 1. ad Thess. II. 7. ubi legimus: ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, *tamquam si nutrix foveat filios suos*.

Pagi-

Pagina XIV.

ⲥⲝⲏ

ⲛ̄ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̄ⲟⲩⲟⲉⲓϣ
ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ ° ⲛ̄ⲧⲟϥϩⲱ
ⲱϥⲟⲛ' ⲟⲩⲙⲉⲗⲟⲥ
ⲡⲉ' ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄ ⲛⲉⲛ
ⲧⲁⲩⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄, ⲉⲧⲉ
ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣⲥⲓⲏⲥⲓ
ⲟⲥ ⲡⲉ · ⲡⲁïⲉϣⲁⲛ
ⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲡⲉⲛⲉⲓ
ⲱⲧ' ⲉϥⲧⲁⲩⲟ' ⲉⲣⲟϥ
ⲛ̄ϩⲉⲛ ⲥⲙⲟⲩ ⲛ̄ϩⲁϩ
ⲛ̄ⲥⲟⲡ . ⲁⲩⲱⲛ
ⲁϥϫⲟⲟⲥ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ
ⲡⲉⲧⲣⲱⲛⲓⲟⲥ' ⲉⲙ
ⲡⲁⲧϥ̄ ⲛ̄ⲕⲟⲧⲕ̄
ϫⲉ ⲛ̄ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲛ'ⲉⲧ
ⲧⲱϣ' ⲙ̄ⲙⲟⲕ ⲉ
ⲡⲉï ϩⲱⲃ · ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲡⲉ' ⲙⲛ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ · ⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲱⲣϫ' ϫⲉ ⲙⲛ̄
ⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ϭⲟⲗ' ⲛⲏⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲉϥⲧⲁ
ⲡⲣⲟ : ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ
ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣⲥⲓⲏⲥⲓⲟⲥ'
ⲁϥⲁϩⲉ ⲉⲣⲁⲧϥ̄ ϩⲛ̄
ⲟⲩⲧⲁϫⲣⲟ' ⲉϫⲛ̄
ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ' ⲉⲣⲉ ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ
ⲥⲱⲧⲙ ⲛ̄ⲥⲱϥ'
ϩⲛ̄ⲟⲩ ⲛⲟϭ ⲛ̄ⲑⲃ̄
ⲃⲓⲟ · ⲙⲛ̄ ⲟⲩϩⲩⲡⲟ
ⲧⲁⲅⲏ' ⲉⲛⲁϣⲱⲥ
ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲥ'

ⲓⲍ

ⲁϥϩⲙⲟⲟⲥ ⲁϥϣⲁ
ϫⲉ ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ϫⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲧ
ⲥⲟⲟⲩⲛ' ϫⲉ ⲛ̄ϯⲡⲓ
ⲑⲉ ⲁⲛ'ⲉⲡⲉïϩⲱⲃ
ⲛ'ⲟⲩ ϩⲟⲟⲩ ⲛ̄ⲟⲩⲱⲧ·
ⲁⲗⲗⲁ ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲉ
ⲧⲙ̄ⲡϣⲁ' ⲛ̄ⲧⲉï
ⲧⲁⲝⲓⲥ' ϫⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄
ϩⲉⲛ ⲁⲣⲭⲁⲓⲟⲥ' ⲉϩⲟⲩ
ⲉ ⲉⲣⲟï . ⲙⲁⲗⲓⲥⲧⲁ'
ⲡⲉⲧⲙ̄ⲡϣⲁ' ⲙ̄
ⲡϩⲱⲃ ⲛⲁⲙⲉ' ⲡⲉ
ⲁⲡⲁ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲡⲉⲛⲧⲁϥ
ⲟⲩⲁϩϥ̄ ⲡⲉ' ⲛ̄ⲥⲁ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ' ⲛⲁ
ⲙⲉ' ϩⲛ̄ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ'
ⲁⲗⲗⲁ ϩⲟⲙⲱⲥ' ⲉϣ
ϫⲉ ⲡⲟⲩⲱϣ' ⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲡⲁï
ⲙⲛ̄ⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϣϯ
ⲟⲩⲃⲉⲡⲧⲱϣ' ⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ : ϯⲡⲁ
ⲣⲁⲕⲁⲗⲉî ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄
ⲙⲛ̄ⲧⲙⲁïⲛⲟⲩⲧⲉ'
ⲉⲧⲣⲉ ⲧⲉⲧⲛ̄ϣⲗⲏⲗ
ⲉϫⲱï, ⲛ̄ⲧⲉ ⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ ϯⲧⲟⲟⲧ' ϩⲛ̄ ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙ' ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ.
ⲁⲩⲱ ⲉϣⲱⲡⲉ ⲟⲛ
ⲡⲟⲩⲱϣ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲡⲉ' ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲧⲛ̄
ⲟⲩⲱϣ' ϯⲟⲩⲱϣ

ADNOTATIONES.

° ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ etc.) „ *Etenim ex illorum numero, qui nunc* „ *obierunt (obdormiverunt)*, *membrum (vel* unus) *est*, *nempe Apa* „ *(Pater) Horsiesius*. *Quem Pater noster* (Pachomius) *si* (ipsi

„ Pa-

,, Patri nostro Pachomio) *obedientes sumus*, *multis vicibus bene-*
,, *dictionibus prosecutus est*. *Quin etiam Abbas* (Apa) *Petronius*
,, *priusquam ex hac vita migraret*, *dixit*: *Non ego ille sum*, *qui*
,, *te huic ministerio* (operi) *destinat*, *sed Deus*, *et Pater noster*
,, (Pachomius): *ac certo scimus*, *nullum ex huius ore mendacium*
,, *exivisse*. *Ipse vero Horsiesius Abbas in sancta monasticæ vitæ*
,, *communione* (Fratres gubernando) *firmiter stetit*, *cunctique*
,, *Fratres ei magna cum humilitate*, *et subiectione obtemperabant*.
,, *Postea vero consedit*, *ac Fratres ita allocutus est*: *Dominus no-*
,, *vit*, *quod de hac re ne uno quidem die persuasus sum*: *sed hoc*
,, *loco* (dignitate, munere) *digni estis vos*, *qui me seniores estis*:
,, *et Abbas Theodorus potissimum hocce munere vere dignus est*,
,, *quia Patrem nostrum* (Pachomium) *qualibet in re secutus ve-*
,, *re*, *atque imitatus est*: *attamen si huiusmodi est voluntas Dei*,
,, *et decreto Dei nemo resistere valet*; *vestram in Deum dilectio-*
,, *nem exhortor*, *ut pro me oretis*, *ut Dominus in omni re bona*
,, *me adiuvet*. *Quod si insuper Dei voluntas est*, *ac si vestra*
,, *etiam voluntas non adversatur*, *ad universos Fratres* ,, etc.

Pagina XV.

ⲓⲏ

ⲉⲃⲱⲕ' [ⲣ] ϣⲁ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ' ⲛ̅ⲧⲛ̅ϭⲙ̅ⲡⲉⲩ
ϣⲓⲛⲉ̀' ⲕⲁⲧⲁⲡϣⲁ
ϫⲉ ⲙ̅ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ
ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ [1]. ⲁⲩⲟⲩⲱ
ϣⲃ̅ ⲇⲉ ⲛ̅ϭⲓ ⲛⲁⲣⲭⲁⲓ
ⲟⲥ' ⲉⲧⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ
ϫⲉ ⲉⲣⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ' ⲛⲁϯ
ⲧⲟⲟⲧⲕ' ϩⲛ̅ ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙ' ⲛϥ̅ⲭⲁⲣⲓⲍⲉ
ⲛⲁⲕ ⲙ̅ⲡⲡⲛ̅ⲁ̅
ⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲁϥ ⲙ̅
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ , ⲛϥ̅
ⲕⲱ̂ ⲛ̅ⲧⲉϥⲉⲓⲣⲏ
ⲛⲏ' [2] ⲉϩⲣⲁï ⲉϫⲱⲕ
ϣⲁⲃⲟⲗ · ⲙⲛ̅ⲛ̅ⲥⲱⲥ
ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥ
ϣⲗⲏⲗ' ⲁⲡⲟⲩⲁⲡⲟⲩ
ⲁ ⲃⲱⲕ' ⲉⲡⲉϥⲙⲁ
ⲛ̅ϣⲱⲡⲉ · ⲉⲩϩⲛ̅

ⲥ̅ⲝ̅ⲑ̅

ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛ̅ⲥⲟⲗⲥⲗ̅.
ϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲙ̅ⲡⲉϥ
ⲣⲁⲥⲧⲉ · ⲁϥϫⲓ ⲛⲙ̅
ⲙⲁϥ ⲛ̅ⲕⲉⲥⲟⲛ
ⲥⲛⲁⲩ . ⲁϥϯ ⲡⲉϥ
ⲟⲩⲟï ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̅ ⲛ̅ϩⲉ
ⲛⲉⲉⲧⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ -
ⲉϥϭⲓⲛⲉ ⲙ̅ⲡϣⲓ
ⲛⲉ ⲛ̅ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ.
ⲉϥⲧⲁϫⲣⲟ̅ ⲙ̅ⲙⲟ
ⲟⲩ ϩⲛ̅ⲑⲟⲧⲉ ⲙ̅ⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ'ⲙⲛ̅ ⲛ̅ⲕⲱⲧ'
ⲙ̅ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ'. ⲛ̅
ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲟⲩⲱ̂ ⲇⲉ ⲧⲁ
ϩⲉ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ' ⲉⲣⲁ
ⲕⲟⲧⲉ' ϫⲉ ⲁϥⲙ̅ⲧⲟⲛ'
ⲙ̅ⲙⲟϥ ⲛ̅ϭⲓ ⲁⲡⲁ
ⲡⲉⲧⲣⲱⲛⲓⲟⲥ' ⲁⲩ
ϩⲙⲟⲟⲥ ⲉϩⲣⲁï ⲁⲩⲣⲓ
ⲙⲉ · ⲙⲡⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲛ̅

ⲧⲁⲩⲛ̄ [3] ⲡⲟⲩⲱ ⲛⲁⲩ
ϩⲓⲡⲉⲩϫⲟⲓ̈, ⲛⲉⲣⲉ
ⲁⲡⲁ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ.
ⲟⲩⲟⲧϥ̄ [4] ⲉϩⲣⲁⲓ̈ ϩⲛ̀
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ̀ ⲙⲛ̄ ⲕⲉ
ⲥⲟⲛ ⲥⲛⲁⲩ. ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ
ⲛϥ̄ϩⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲉⲩ
ⲣⲓⲙⲉ· ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲁϩⲣⲱⲧⲛ̄ ⲉⲧⲉ
ⲧⲛ̄ⲣⲓⲙⲉ̀ ⲙ̄ⲡⲟⲟⲩ.
ⲛ̄ⲧⲟⲟⲩ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲁⲩ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲉⲛⲣⲓⲙⲉ
ⲟⲛ̀ ⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲃⲓ
ⲏⲛ̀ [5] ⲛ̄ⲧⲁⲥⲧⲁϩⲟⲛ̀
ϫⲉ ⲁⲩϫⲟⲟⲥ̀ ϫⲉ ⲁϥ
ⲙ̄ⲧⲟⲛ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲛ̄
ϭⲓ ⲁⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱ
ⲛⲓⲟⲥ. ⲁⲩⲱ ⲡⲉ
ϫⲁⲩ ϫⲉ ⲁϥⲕⲁⲑⲓⲥ
ⲧⲁ̀ ⲛ̄ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣⲥⲓ
ⲏ̄ⲥⲓⲟⲥ̀ ⲛ̄ϣⲛ̄ⲉⲥⲏⲧ̀ [6]
ⲉⲡⲉϥⲙⲁ· ⲁϥⲣⲓⲙⲉ
ϩⲱⲱϥ ⲟⲛ̀ ⲛ̄ϭⲓ ⲁⲡⲁ
ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ̀ ⲉϫⲙ̄
ⲡⲥⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ [7] ⲛ̄ⲁ

ADNOTATIONES.

[p] ϯⲟⲩⲱϣ ⲉⲃⲱⲕ̀ etc.) „ *ad universos Fratres ire volo,* „ *illosque iuxta beati Pauli Dictum visitare. Qui vero ex illis* „ *Seniores erant, responderunt: Dominus quacunque in re te* „ *adiuvabit, atque spiritum, quem Patri nostro* (Pachomio) *de-* „ *dit, tibi largietur, et super te pacem suam relinquet usque in* „ *finem. Surrexit postmodum* (Abbas Horsiesius), *et oravit, ac* „ *singuli in suum quisque cubiculum se receperunt, magna pleni* „ *consolatione. Postridie autem eius diei mane binos alios Fratres* „ *secum sumpsit, et ad omnia* (Fratrum) *contubernia accessit* „ (venit) *Fratres ipsos visitans, singulosque in timore Domini,* „ *et in ædificatione* (imitatione, Regula) *Patris nostri* (Pachomii) „ *confirmans. Cum vero nuncium Alexandriam ad Fratres ex im-* „ *proviso pervenisset, Abbatem Petronium requievisse* (obiisse), „ *ipsi considentes in lacrimas erumpebant. Qua autem hora nun-* „ *cium ipsis per eorum navigium allatum est, Abbas Theodorus in* „ *civitate una cum duobus fratribus erat* (circumibat, ambula- „ bat); *quumque ex ea egressus est, illos flentes invénit, eisque* „ *dixit: Cur hodie ploratis? Ipsi vero responderunt ei: Ob novam* „ *ærumnam, quæ nobis supervénit, rursum flemus: nam Petronium* „ *Abbatem requievisse relatum nobis est, atque Abbatem Horsie-* „ *sium in eius locum successisse, et ab ipso Abbate Petronio suc-* „ *cessorem constitutum esse perhibent. Abbas Theodorus flere et ipse* „ *propter Abbatis Petronii mortem cœpit, quod is præcessisset. Ac* „ *paulo post* „ etc.

[1] Respicit Act. XV. 36.

² Lo-

[2] Locutio Biblica ex Johann. XIV. 27.

[3] ⲁⲩⲛ̄) Idest, *attulerunt*.

[4] ⲟⲩⲟⲧϥ̄) Genuinam huius verbi significationem certius indicabunt peritiores. Apud Memphitas verbum ⲟⲩⲟⲧ idem interdum valet ac ⲟⲩⲟⲧⲉⲃ.

[5] ⲛ̄ⲧⲙⲛ̄ⲧⲉⲃⲓⲏⲛ') Nomen thebaicum ⲙⲛ̄ⲧⲉⲃⲓⲏⲛ' habes etiam in Actis S. Coluthi pag. 92. Lege quæ de eo scripsit vir Cl. Augustinus Georgius pag. 194. *Vilitatem* ipse interpretatur, sed scriptor noster *calamitatem* potius atque infortunium, aut fortasse etiam *indigentiam* dicere videtur. Ac reipsa apud Tuk. pag. 55. ⲟⲩⲉⲃⲓⲏⲛ valet, *un povero*: et pag. 109. ⲉⲃⲓⲏⲛ denotat ἐλεεινὸν, *miserabilem*.

[6] ⲛ̄ϣⲛ̄ⲉⲥⲏⲧ ⲉⲡⲉϥⲙⲁ) Idest, *a succedere nel suo luogo*: *ut eius loco subrogaretur*. Ex verbo ϣⲉ, *ire*, cui demunt thebæi literam ⲉ, et ex ⲉⲥⲏⲧ. Memphitis ϣⲉ ⲉ̀ⲡⲉⲥⲏⲧ est, *descendere*.

[7] ⲉϫⲙ̄ ⲡⲥⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ', *eo quod is præcessisset*). Ideo sic transtuli, quia Matth. XIV. 22. ⲥⲱⲕ est, *præcedere*.

ⲥ̄ⲟ̄

Pagina XVI.

ⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱⲛⲓⲟⲥ.
ⲁⲩⲱ [9] ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ ⲟⲩⲕⲟⲩï
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛ̄ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ'
ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉⲛⲣⲓⲙⲉ
ⲱ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ· ⲁⲗⲗⲁ
ⲙⲁⲣⲛ̄ϫⲟⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲟϥ [1]
ϫⲉ ⲡⲟⲩⲱϣ' ⲙ̄ⲡϫⲟ
ⲉⲓⲥ ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ.
ⲉϣϫⲉ ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϥⲓ
ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲟⲩⲉⲓ
ⲱⲧ ⲛ̄ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ' ⲉϥ
ⲥⲁⲛ̄ϣ ⲛ̄ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ'
ⲁⲗⲗⲁ' ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲟⲛ.
ⲁⲧⲉϥⲙⲛ̄ⲧϣⲁⲛ
ϩⲧⲏϥ' ⲉⲧⲛⲁϣⲱⲥ
ⲣ̄ⲡⲙⲉⲉⲩⲉ̀ ⲛ̄ⲛ̄ϩⲓⲥⲉ̀
ⲙ̄ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ' ⲙⲛ̄
ⲛⲉϥⲣ̄ⲙ̄ⲉⲓⲟⲟⲩⲉ.
ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲥ ⲛⲁⲛ
ⲟⲛ' ⲛ̄ⲕⲉⲉⲓⲱⲧ' ⲛ̄
ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ' ⲉϥϭⲙ̄
ϭⲟⲙ' ϩⲙ̄ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ̄
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲡⲁï ⲛⲁ
ⲙⲉ̀ ⲡⲉⲡⲣⲱⲙⲉ ⲛ̄
ïⲥⲣⲁⲏⲗⲓⲧⲏⲥ' [2] ⲉⲧⲉ
ⲙ̄ⲙⲛ̄ⲕⲣⲟϥ ⲛ̄ϩⲏ
ⲧϥ̄. ⲡⲁï, ⲛⲁⲙⲉ ⲡⲉ·
ïⲏ̄ⲥ̄ [3] ⲛⲁⲩⲏ' ⲉⲛⲧⲁ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲁⲁϥ ⲛ̄
ⲇⲓⲁⲇⲟⲭⲟⲥ [4] ⲙ̄ⲙⲱ
ⲩⲥⲏⲥ. ⲡⲁï ϩⲱⲱϥ
ⲟⲛ' ⲛⲉϥⲟï ⲡⲉ̀ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲙ̄ⲡϣⲟⲙⲛ̄ⲧ [5] ⲛ̄
ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ· ⲁⲩⲱ [6]
ⲟⲛ: ⲟ̄ⲛ̄· ϫⲉϣⲟⲙ̄ⲧ [7]
ⲡⲉϫⲁϥ' ⲛⲉⲧⲙⲟⲟ
ϣⲉ ⲕⲁⲗⲱⲥ· ⲡⲉ
ϫⲁϥ [8] ⲟⲛ· ϫⲉ ⲛⲉⲣⲉⲡⲟⲩ
ⲁⲡⲟⲩⲁ ϫⲓ ⲛⲁϥ ⲁⲛ
ⲙ̄ⲡⲧⲁⲉⲓⲟ̄· ⲁⲗⲗⲁ

ⲉⲩⲉⲓⲛⲉ ⲙ̄ⲙⲟϥ ⲉ
ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ · ⲁⲩⲱ ⲟⲛ' ϫⲉ [9]
ⲁⲥⲡⲱⲱⲛⲉ ⲁⲥ
ⲉⲓ ⲉϫⲙ̄ ⲡⲁⲥⲟⲛ'
ⲉⲃⲟⲗ'ϩⲓⲧⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ . ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ'
ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ'ⲱ ⲛⲉⲥ
ⲛⲏⲩ, ⲉⲛⲉⲓ̈ⲧⲁⲉⲓⲟ' [10]
ⲙ̄ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ'ⲉ
ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲁⲡⲁ ϩⲱⲣ
ⲥⲓⲏⲥⲓⲟⲥ ϩⲁⲣⲟⲓ̈
ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ ⲁⲛ · ⲁⲗ
ⲗⲁ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲧ
ⲧⲁⲉⲓⲟ' ⲙ̄ⲙⲟϥ .
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲥⲩⲛϩⲓ
ⲥⲧⲁ' ⲙ̄ⲙⲟϥ'ϩⲛ̄
ⲧ̄ⲧⲁⲡⲣⲟ' ⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ' ⲛⲇⲓⲕⲁⲓ
ⲟⲥ · ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉⲧ
ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲁⲓ̈ⲥⲱ
ⲧⲙ̄ ⲉⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ
ⲛ̄ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲥⲟⲡ . ⲁⲩⲱ ⲟⲛ'
ⲡⲟⲗⲗⲁⲕⲓⲥ' ⲟⲩⲛ̄

ADNOTATIONES.

[9] ⲁⲩⲱ etc.) „ *Ac paulo post Fratribus dixit: Ne ploremus,* „ *o Fratres; sed dicamus: Fiat voluntas Domini. Si optimum Patrem, qui animas nostras alebat, nobis abstulit Dominus, ecce* „ *laborum* (cruciatuum) *saltem, et lacrimarum Patris nostri ingens ipsius misericordia recordata est, aliumque rursus nobis Patrem suscitavit, eumque validum, et potentem in Spiritu Sancto. Hic* vere *est homo* Israelita in quo non est dolus (ex „ Johann. I. 48): *Hic vere est Jesus Nave, quem Moysis successorem dedit Deus: Hic præterea e numero Trium potentium* „ *erat unus et * tres etiam dixit qui recte ambulant. Dixit etiam:* „ Non unusquisque (nemo) sibi sumit honorem (Ep. ad Hebr. „ V. 4.), sed adductus a Deo. *Et insuper:* Migravit (illa), „ et venit super fratrem meum a Deo. *Vere enim, o Fratres,* „ *honorem Sancto Patri nostro Horsiesio Abbati non ex memetipso* „ (per me) *solum* (defero), *sed Dominus eum honoravit, eumque* „ *in ore Patris nostri iusti posuit. Dominus novit, quod Patrem* „ *nostrum iustum non semel, sed multis vicibus audivi* „ Reliqua desiderantur.

[1] ⲛ̄ⲧⲟϥ) Voculam hanc, seu pronomen ⲛ̄ⲧⲟϥ simili idiotismo inserviens, aut fere supervacaneum habes superius pag. 35. Joh. X. 5. itemque Joh. IX. 29: et X. 2. et apud Tukium pag. 337, atque in Fragm. VIII. p. 274. Et memphitice ⲛ̄ⲑⲟϥ Psalm. 32. vers. 11. ac CII. 17, et alibi.

[2] Sanctus quoque Antonius Abbas Sanctum Horsiesium vocabat *verum Israelitam*, ut in Fragm. VIII. videbimus. Id testatur

statur etiam scriptor græcus Vitæ S. Pachomii etc. num. 77. pag. 326. Haud absimile Abbatis Petronii elogium vidimus paulo ante.

[3] ⲓⲏ̅ⲥ̅) Idest, ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ *Jesus*. Nomen hocce proprium quoties de Servatore dicitur, scriptum semper compendiose per duas literas reperi hisce in membranis. Heic ubi de Josue sermo est, tribus scribitur. A memphitis vero non ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ, sed ⲓⲏⲥⲟⲩ vocari solet Josue, ut in Pontif. part. 1. pag. 534.

[4] ⲇⲓⲁⲧⲟⲭⲟⲥ') Scribe, ⲇⲓⲁⲇⲟⲭⲟⲥ, *successor*. In Pontificali itidem part. 1. pag. 280 scribitur mendose ⲇⲓⲁⲧⲟⲭⲏ' pro ⲇⲓⲁⲇⲟⲭⲏ'.

[5] Quinam sint Tres isti, de quibus hic sermo est, ignoro: nec enim illud Geneseos respici videtur: *Tres vidit*, *et unum adoravit*. Ternarii illustrium virorum numeri exempla mox habebis in Fragmento octavo pag. 276.

[6] ⲁⲩⲱ') Post hanc voculam librarius scripsit, ⲟⲛ·ⲟⲛ· ϫⲉ, deinde cum animadvertisset se in mendum incidisse, per lineolas et puncta indicavit delendum esse secundo loco, ⲟⲛ, ac fortasse etiam literam ϫ, nam usque ad hanc lineas superne duxit.

[7] ϣⲟⲙ̅ⲧ) Videtur positum pro ϣⲟⲙⲛ̅ⲧ. Ceterum aliqua deesse videntur vocabula: locus sane est obscurus.

[8] ⲡⲉϫⲁϥ ⲟⲛ, *ait insuper*) Nempe Sacra Scriptura, quam proxime superius etiam citatam fuisse hinc apparet.

[9] ⲁⲥⲡⲱϣⲛⲉ̀, *migravit*: genere feminino) Ex quonam Scripturæ libro hæc desumpta sint, aliis investigandum relinquo. Num ea Moses de Aarone fratre eiusque unctione alicubi dicit in ægyptiacis versionibus?

[10] ⲉⲛⲉⲓ̈ⲧⲁⲉⲓⲟ') Pro, ⲛ̅ⲉⲓⲧⲁⲉⲓⲟ'... ⲁⲛ, *non honoro*.

✱ ⲧⲱⲃϩ ⲙ̅ⲡϭⲱⲓⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲱ' ⲛⲁϭⲓⲥⲉⲩ ⲛ̅ⲓⲟϯ ⲙ̅ⲙⲁⲓⲛⲟⲩϣⲏⲣⲓ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲛ̅ⲧⲉϥⲭⲁ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗ: — ita precatur Ægyptia Ecclesia in Litaniis Sanctorum, pag. 43. Theotociarum. Idest: *Orate Dominum pro nobis, o Domini nostri, et Patres nostri, et amantes filiorum suorum, Antoni, et Abbas Paule, ut dimittat nobis peccata nostra.*

Et pag. 44. ⲧⲱⲃϩ... ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁϧⲱⲙ ⲫⲁ ϯⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ', ⲛⲉⲙ ⲑⲉⲟ'ⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲉϥ ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ, ⲛ̅ⲧⲉϥⲭⲁ.....

Ægy-

VIII.

Ægyptii codicis fragmentum, constans quatuor membranis.

Quamvis Fragmenti proxime superioris membranæ paulo longiores sint, quam huius, quia tamen eiusdem cum hisce latitudinis sunt, ac parem versuum numerum quælibet membranarum pagina, seu facies continet, librariique manus utrobique est simillima, ac vetusta denique paginarum numeratio, aliaque omnia consentiunt, ideo Fragmentum hocce septimi continuationem esse existimo. Progreditur a pagina 273. ad paginam 280. Vide Specimen pag. XXX. num. 8.

Insertæ sunt huic Fragmento, ut mox videbis, S. Antonii cognomento Magni duæ epistolæ, seu potius fragmenta epistolarum, quas ægyptiace, ut de aliis compertum habemus, a Sancto Abbate scriptas esse verisimile est. Hæ ceteris S. Antonii opusculis, a Gallandio collectis tomo 4. *Bibliothecæ Patrum*, addi possunt.

Pagina I.

ⲧⲉ̀ [a] ⲉϥⲥⲟⲗⲥⲗ̅ [1] ⲛ̅ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ̅ [2]
ⲉϥϫⲱⲙ̅ⲙⲟⲥ' ϫⲉ
ϯⲟⲩⲱϣ' ⲉⲧⲁⲙⲱ
ⲧⲛ̅ ⲱ̅ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲙ̅ⲙⲁⲓ̈ⲛⲟⲩⲧⲉ : ⲉ
ⲡⲉⲓⲇⲏ ⲁⲓ̈ⲥⲱⲧⲙ̅
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲡⲉⲧⲟⲩⲁ
ⲁⲁⲃ ⲁⲡⲁ ⲡⲉⲧⲣⲱ
ⲛⲓⲟⲥ' ϫⲉ ⲁϥⲛ̅ⲕⲟ
ⲧⲕ̅ ⲡⲁⲓ̈ ⲛ̅ⲧⲁϥⲕⲁⲁϥ
ⲉϫⲛ̅ ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲙⲛ̅ⲛ̅ⲥⲱϥ' ⲛ̅ϭⲓ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ' ⲡⲁ
ϩⲱⲙ · ⲁⲓ̈ⲗⲩⲡⲉⲓ
ⲙⲉⲛ ⲙ̅ⲙⲁⲧⲉ [3] ⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧϥ̅ ϫⲉ ⲙⲏⲡⲱⲥ
ⲛ̅ⲥⲉϣⲱⲡⲉ ϩⲛ̅ ⲟⲩ
ⲙⲛ̅ⲧⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ.
ⲛ̅ϭⲓ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲉ

ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ · ⲁⲩⲱ ⲁⲓ
ⲧⲉⲓ [4], ⲉⲓ̈ϣⲟⲟⲡ ϩⲛ̅ⲟⲩ
ⲛⲟϭ ⲛ̅ⲙ̅ⲕⲁϩ ⲛ̅
ϩⲏⲧ · ⲛ̅ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ
ⲁⲩⲥⲙⲏ' ⲉⲥⲛⲟⲧⲙ̅ [5]
ⲧⲁϩⲉ ⲛⲁⲙⲁⲁϫⲉ'
ϫⲉ ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲛⲉϩ
ⲥⲉ̀ ⲛ̅ⲕⲉⲉⲓⲱⲧ' ⲛ̅
ⲇⲩⲛⲁⲧⲟⲥ' ⲉϫⲛ̅
ⲧⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ
ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ' ϫⲉ ⲁⲡⲁ
ϩⲱⲣⲥⲓⲏⲥⲓⲟⲥ · ⲉⲩ
ⲛ̅ϭⲟⲙ ⲙ̅ⲙⲟϥ' ⲉϥⲓ
ⲡⲣⲟⲟⲩϣ' ⲛ̅ⲛⲉⲧⲛ̅
ⲯⲩⲭⲏ' ⲙⲛ̅ ⲡⲉⲧⲛ̅
ⲥⲱⲙⲁ' [6] ϩⲓⲧⲙ̅ⲡⲉ
ⲡⲛ̅ⲁ̅ ⲙ̅ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲧⲛ̅ϩⲏⲧϥ̅ · ⲉⲁⲡϣⲗ
ϫⲉ ⲙ̅ⲡⲉⲛϫⲟⲉⲓⲥ
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ' ⲉϫⲛ̅ ⲧⲉ

ⲧⲛ̅

ⲧⲛ̄ ⲙⲛ̄ⲧⲙⲁïⲛⲟⲩ
ⲧⲉ̀ [7] ϫⲉ ⲉⲛϯⲛⲁⲕⲁ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲁⲛ̀ ⲉⲧⲉ
ⲧⲛ̄ ⲟ̀ ⲛ̄ⲟⲣⲫⲁⲛⲟⲥ
ϯⲛⲏⲩ ⲟⲛ̀ [8] ϣⲁⲣⲱ
ⲧⲛ̄ · ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ̀
ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲧⲣⲉⲛ ⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ϩⲱⲣⲥⲓⲏ
ⲥⲓⲟⲥ, ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲓⲥⲣⲁⲏ
ⲗⲓⲧⲏⲥ [9]. ⲉⲧⲉⲡⲉⲧ
ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲛⲟⲩⲧⲉ [10] ⲡⲉ̀
ϩⲛ̄ ⲛ̄ⲃⲁⲗ ⲉⲧϩⲓϩⲟⲩⲛ
ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ [11].

ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ϭⲉ̀ ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ, ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄
ϩⲉⲛⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ̀
ϫⲉ ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲙ̄ⲡϣⲁ
ⲛ̄ⲟⲩⲉⲓⲱⲧ̀ ⲉϥ
ϭⲙ̄ϭⲟⲙ̀ ϩⲙ̄ⲡⲉ ⲡⲛ̄ⲁ̄
ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ · ϣⲗⲏⲗ
ϭⲉ̀ ⲉϩⲣⲁï ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ̀ ⲡⲁϩⲱⲙ̀
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉϥⲉⲧⲁϫⲣⲉ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄ ϩⲛ̄ ⲧⲉϥ

A D N O T A T I O N E S.

[1] ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ, *egressus est*) Nempe Sanctus Abbas Pachomius. Ut hæc probe intelligas, lege apud Bollandianos tomo tertio Maii segmentum 27. Vitæ Sancti Pachomii sive græce ex ægyptio alio scriptore conversum, pag. 795. Venetæ editionis, sive latine ex græca interpretatione a Cardono translatum, pag. 307. Equidem paucis verbis ea tantum inde referam, quæ huc pertinent. Sancti igitur Pachomii monasterio ob copiosas eleemosynas egenis distributas necessarius ad victum panis iam defecerat: quumque in eo esset Sanctus Vir ut aliquos ad emendum frumentum mitteret, mercator quidam sub auroram monasterii ianuam pulsavit, frumentumque obtulit peropportune. Vocatus ergo a ianitore, ut verisimile est, Sanctus Pachomius, e monasterio, aut e contubernio, aut e cella „ *egressus est*, et cetera quæ heic sequuntur in nostro Fragmento. Porro in græco quod dixi opusculo mercator ille paulo aliter, quam heic, Sanctum Abbatem alloquitur. σῖτον (inquit) ἐπαγγειλάμενος εἰς τὰ μετ' ἄλλα, ὑπὲρ τῆς σωτηρίας μου συνεβιβάσθην ἐν ὕπνοις ὑμῖν μᾶλλον ἐνεγκεῖν αὐτὸν χρήζουσιν ὡς ἀνθρώποις θεοῦ. Quæ verba sic transtulit Cardonus: *Frumentum, ait. Sed per alia omnia, perque ipsam meam salutem assero, quod in somnis occulta quadam vi adductus sim, ut vobis eo opus habentibus illud potius afferrem,*

tam-

tamquam acceptissimis Deo hominibus. Sed hic locus neque satis recte a Cardono viro ceteroquin docto conversus est, neque a græci apographi mendo expurgatus: mendosa enim sine dubio est lectio illa, εἰς τὰ μετ᾽ ἄλλα: quæ et nihil heic significat, nec ab eo qui græcæ linguæ peritus sit, ferri potest: perspicuum est enim legendum esse, εἰς τὰ μέταλλα, i. e. *ad metalla*: *ad fodinas*: *pro fodinis*: ut sensus sit: *Frumentum* (hocce) *quamvis ad fodinas* (missurum me) *pollicitus forem*, *pro mea* (tamen) *salute* (i. e. ut rem animæ meæ salutarem facerem), *in somnis* et cetera ut Cardonus vertit. Ne mireris, lector, quod in paucorum horumce verborum versione plura de meo addiderim: in eo enim opusculo singula quidem verba græca sunt, sed stylus, ac phrasis passim ægyptiaca, ut in meis hisce translationibus: ægyptiaca enim scripta eiusmodi sunt, ut plerumque nequeas ea simul et fideliter convertere, et græco, latinove stylo exponere.

[2] ⲁϥϣⲁϫⲉ) Membranæ oblongum heic frustulum deest: itaque prima huius vocis litera suppleta a me fuit.

[3] ⲡϣⲏⲙ, *un poco*) Italice: *Ho bisogno bensì d' un poco di frumento, mà...*

[4] ⲣ̄ⲭⲣⲓⲁ᾽) Scribe, ⲣ̄ⲭⲣⲉⲓⲁ᾽. In græca Vita: τȣ̃ μὲν σίτȣ χρεία ἐστὶν ἡμῖν.

[5] ⲛ̄ⲟⲩⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲙⲓⲁ᾽) Græca vox προθεσμία in ægyptiaca etiam illa Sancti Pachomii Vita extabat, quam græce edidit Papebrochius: ibi enim mercatori Sanctus Abbas dicit: ἀλλὰ δὸς προθεσμίαν πρὸς τὴν ἀπόδοσιν αὐτȣ̃ (nempe σίτȣ, *frumenti*).

[6] ⲥⲟⲩⲛ̄ⲧϥ̄, *pretium eius*) Memphitæ ⲥⲟⲩⲉⲛ *pretium* dicunt: Thebæi vero ⲥⲟⲩⲛ̄ⲧ, ubi saltem suffixum pronomen sequatur. Id colligo et ex hoc loco, et ex Joann. XII. 3. Vide pag. 51. huius voluminis.

[7] ⲛⲧⲛⲧⲁⲁϥ) Scribe, ⲛ̄ⲧⲛ̄ⲧⲁⲁϥ: et alibi etiam lineolas adde ubi desint.

[8] ⲁϥⲡⲟⲛⲅϥ̄) Quid valeat, ⲡⲟⲛⲅ (vel, sine suffixo, ⲡⲱⲛⲅ) ⲉϩⲣⲁⲓ, ignotum mihi est: nec divinare placet.

[9] ⲛ̄ⲥⲙⲟⲩ) *Edulia benedicta*, opinor, sic vocat. Quoniam vero tam ægyptia vox ⲥⲙⲟⲩ, quam græcum vocabulum εὐλογία *benedictionem* sonat, ideo transtuli, *eulogias*: de qua voce vide Ducangium, si placet.

[10] ⲟⲩ ϣⲏⲙ ⲛ̄ⲗⲁⲯⲁⲛⲉ, *un poco di lapsana*) Quid lapsana sit, docet Forcellinus in Lexico. Eum lege. Cuiusmodi vero essent lapsanæ, seu lapsania, quibus Pachomiani monachi vesce-

scebantur, nemo melius, quam Cassianus, novit, quem, quum apud Tabennesiotas diu manserit in thebaide, ac in eorum cœnobiis monasticam vitam duxerit, ea sæpius comedisse dubitandum non est. Is ergo libro 4. de Institutis cœnobiorum cap. XI. *Summæ* (inquit) *reputantur deliciæ* (in Pachomianis scilicet monasteriis) *si herba sale condíta, quam lapsanum vocant, aquâ diluta ad refectionem Fratribus apponatur*. Quod *lapsanum* vocat Cassianus, diminutive λαψάνιον etiam seu *lapsanium* dicitur. Itaque hoc in loco suspicor legendum esse aut *lapsanium*, aut *lapsanam*, non vero *lapsanum*. Mercatori tamen lapsanam hanc non (ut sanctis suis monachis) aqua valde dilutam apposuisse crediderim Sanctum Pachomium, quo maiores adhuc essent *summæ* istæ *deliciæ*. Scribe heic, ⲚⲖⲀⲮⲀⲚⲎ.

[11] ⲘⲚ ϨⲈⲚ Ⲕ...) An ϨⲈⲚ ⲔⲚⲦⲈ, *ficus*? Qui membranam hoc in loco lacerare ausus est, et tabaco inquinare, reliquarum opipari huiusce ientaculi dapum certam cognitionem nobis eripuit: neque vero illas græco ex opusculo rescire licet: nulla enim ibi istius ientaculi mentio fit. Cassianus tantum ceteras Tabennesiotarum monachorum lautitias manifestat capite 22. libri quarti, quem citavi. *Apud quos* (inquit) *secta singulis mensibus porrorum folia, lapsania, sal frictum, olivæ, pisciculi minuti salliti, quos illi mænidia vocant, summa voluptas est*.

[12] ...ⲞⲦⲈ) Scriptum fortassis erat, ϨⲈⲚ ⲞⲨⲞⲞⲦⲈ, *olera*: quæ ita vocantur et heic paulo post, et apud Tukium p. 570.

[13] Si divinare quis velit, addere poterit, ⲘⲚ ⲚⲂⲚⲚⲈ, *et dactylos*.

[14] ⲀⲠⲈⲚⲒⲰⲦ) Scribe, ⲀⲠⲈⲚⲈⲒⲰⲦ. Eodemque modo infra scribe bis hac ipsa in pagina.

[15] ϨⲚ ⲞⲨⲚⲞϬ ⲚⲢⲀϢⲈ, *magno cum gaudio*) Sic loquitur scriptor quoque Miraculorum S. Coluthi pag. 81.

[16] ϨⲚ ⲞⲨϢⲤⲚⲈ) Ita librarius scripsit, supra literam Ⲥ lineolam ducens, itidemque aliam supra Ⲛ. Equidem transtuli, *repente*, tres ob causas: primum quia id contextus exposcere videtur: deinde quia apud Tukium pag. 153. ex Luc. XXI. 34. locus thebaice affertur, in quo ϨⲚ ⲞⲨϢⲈⲚⲈ valet, *repente*: *ex improviso*: sive thebæi et ϢⲤⲚⲈ dixerint, et ϢⲈⲚⲈ, quod vix credo, sive potius Tukii typotheta e nostra membrana (ut assolet) sit corrigendus: Demum quia græcus alterius Vitæ S. Pachomii Interpres hoc idem habet adverbium: hæc enim in ea leguntur apud Bollandianos: ἐθαύμασεν (scribe, ἐθαύμασαν) οἱ ἀδελφοὶ τὴν ἐξαιφνὴς (scribe, ἐξαίφνης) ἀντίληψιν τȣ̃ θεȣ̃ διὰ τὸν

δȣ̃λον

δȣ̃λον αὐτȣ̃: quæ sic verto: *Admirati sunt Fratres repentinum opem a Deo, servi sui causa* (sibi ipsis latam).

Pagina II.

Ṅ . . ⲩ ϩⲟⲙⲟⲗⲟ
ⲅ . . . . . ⲥ [b] ⲇⲉ [1] ⲙⲛ
ⲛⲥⲁ ⲙ̅ⲙⲁⲣⲧⲩ
ⲣⲟⲥ [2]. ⲇⲉ ⲁⲡⲁ
ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ [3]
ⲉⲩⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉ
ⲣⲟⲥ [4] ⲡⲉ ⲛ̅ⲧⲉ
ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ ⲛ̅
ⲛⲓⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲉ [5]
ⲉⲩⲣⲉϥⲣ̅ϩⲟⲧⲉ
ϩⲏⲧϥ̅ ⲙ̅ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲡⲉ ⲉϥⲟ ⲛ
ϣⲃⲏⲣ ⲉⲡⲉⲛ
ⲓⲱⲧ [6] ⲁⲡⲁ ⲡⲁ
ϩⲱⲙ · ⲁⲩⲱ ⲛⲧⲉ
ⲣⲉϥⲥⲱⲧⲙ̅ ϫⲉ
ⲛϥ̅ⲥⲩⲛⲭⲱⲣⲓ [7] ⲁⲛ
ⲛ̅ⲛ̅ⲕⲉ ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ
ⲉⲧϩⲓⲃⲟⲗ · ⲉⲧⲉ
ϣⲁⲩⲉⲓ̓ ⲉϭⲙ̅ⲡϣⲓ
ⲛⲉ ⲛ̅ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲛⲥⲉⲃⲱⲕ̓ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲉⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ ⲛⲑⲉ
ⲛⲥⲁϥ ⲙⲛϣⲙⲧⲉ
ⲡⲟⲟⲩ [8] ⲛ̅ϩⲟⲟⲩ

ⲁⲗⲗ [9]. . ⲁϥⲧⲣⲉⲩ
ⲕⲁⲁ . . ⲛ̅ⲥⲁⲟⲩⲥⲁ
ⲡⲁⲣⲁⲙⲉⲣⲟⲥ
ⲙⲡⲙⲁⲙⲡⲣⲟ [10] ⲛ̅
ⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ · ⲛ̅ⲧⲟϥ
ⲇⲉ ⲁϥⲗⲩⲡⲉⲓ̓ ⲁϥ
ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁϥⲉⲓ̓
ϣⲁⲣⲟϥ ⲉⲧⲁ
ⲃⲉⲛⲛⲏⲥⲉ · ϫⲉ ϥ
ⲛⲁϫⲡⲓⲟϥ ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲓϩⲱⲃ :—
ⲛ̅ⲧⲉⲣⲉϥϣⲁϫⲉ
ⲇⲉ ⲛⲙ̅ⲙⲁϥ ⲁϥ
ⲟⲩⲱϣⲃ ⲛ̅ϭⲓ
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ · ϫⲉ
ⲙ̅ⲡⲣ̅ⲙⲉⲉⲩⲉ ⲱ̅
ⲁⲡⲁ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ
ϫⲉ ⲡⲁⲟⲩⲱϣ ⲡⲉ
ⲉⲧⲣⲁⲗⲩⲡⲉⲓ̓
ⲛⲟⲩⲯⲩⲭⲏ
ϩⲁⲡⲗⲱⲥ · ⲏ̂
ⲛⲧⲟϥ [11] ⲉⲧⲣⲁ
ⲗⲩⲡⲉⲓ̓ ⲙ̅ⲡⲁ
ϫⲟⲉⲓⲥ ⲉⲧϫⲱ
ⲙⲙⲟⲥ · ϩⲛ ⲧⲉϥ

ADNOTATIONES.

[b] ⲚⲈⲨⲚ̅ ⲞⲨ ϨⲞⲘⲞⲖⲞⲄⲎⲦⲎⲤ etc.) „ *erat vero Confessor* „ *quidam post Martyres, nimirum Apa* (Pater) *Dionysius, Ecclesiæ Tentyræ Presbyter, Deum timens, et Patris nostri Pachomii amicus. Quumque is audivisset,* (*Pachomium ipsum*) *exter-* „ *nis aliis monachis, qui ad visitandos Fratres veniebant, non* „ *permittere amplius, ut intra contubernium* (vel, *conventum*) *ingrederentur, sicut heri et nudius tertius permiserat, sed velle*

„ *ut ii*

„ *ut ii seorsum atque (a Fratribus) seiuncti ad conventus ianuam*
„ *consisterent, contristatus est, ac surrexit, atque ad eum venit*
„ *in Tabennese, ut ipsum hanc ob rem increparet. Cum vero eum*
„ *allocutus esset, respondit vir Dei: Ne existimes, o Pater Dio-*
„ *nysi, voluntatem mihi (ac propositum) esse, ut vel unam tan-*
„ *tum animam contristem, aut potius* (vel, *aut hoc etiam*) *ut*
„ *Dominum meum contristem, qui sancto suo ore* „ etc.

[1] Scriptum heic fuisse non dubito: ⲚⲈⲨⲚ̄ ⲞⲨ ϨⲞⲘⲞⲖⲞⲄⲎⲦⲎⲤ ⲆⲈ, *erat autem quidam Confessor*. Græcus quoque scriptor hanc de Dionysio narrationem superiori de frumentario negotiatore narrationi proxime subiungit, eodemque modo incipit. Ἦν δέ τις ὁμολογητὴς (inquit) μετὰ τοὺς μάρτυρας, διονύσιος ὄνομα, *erat autem Confessor quidam post martyres, Dionysius nomine*.

[2] ⲘⲚ̄ⲚⲤⲀ Ⲙ̄ⲘⲀⲢⲦⲨⲢⲞⲤ', *post Martyres*) Punctum, quod scripsit librarius post Ⲙ̄ⲘⲀⲢⲦⲨⲢⲞⲤ, pro accentu accipio, ut in primi Fasciculi præfatione dixi. Hæc autem locutio, *post martyres*, satis clara non est. Potest ea sic accipi, ut valeat: *post initium æræ Martyrum*: quæ epocha a prima die ægyptiaci primi mensis Thoth cœperat, idest a die 29. Sextilis mensis, anno Domini 284. Potest etiam ita intelligi, ut denotet: *post annum Christi* 303: aut etiam: *postquam Diocletiani adversus Christianos persecutio iam cessaverat in ægypto*. Quæ enim heic narrantur a nostro scriptore, aliquot saltem annos evenerunt postquam primum in Tabennese monasterium fundaverat S. Pachomius: hoc autem Domini anno circiter 325. fundatum est. Denique scriptoris nostri mens hæc etiam esse potest, Dionysium sanguinem quidem pro Christo non fudisse, ut multi Martyres Diocletiano Imperatore fecerant, ab Arianis tamen ob catholici dogmatis defensionem vexatum, ac multas perpessum ærumnas, non inter Martyres, sed inter Confessores numerandum esse.

[3] ⲆⲒⲞⲚⲎⲤⲒⲞⲤ) Scribe, ⲆⲒⲞⲚⲨⲤⲒⲞⲤ'.

[4] ⲈⲨⲠⲢⲈⲤⲂⲨⲦⲈⲢⲞⲤ', *Presbyter: un Prete: uno dei Preti della Chiesa di Tentira)* Græcus Dionysium hoc in loco vocat *œconomum* Ecclesiæ Tentyritarum, sed paulo post vocat etiam *presbyterum*, ut ægyptius noster.

[5] Ⲛ̄ⲚⲒⲄⲈⲚ̄ⲦⲰⲢⲈ) De Tentyritarum Ecclesia sermonem heic esse dubitari nequit: græcus enim habet: τῆς ἐκκλησίας τεντύρων. Mendum ergo est in membrana. Ac sane librarius ipse qui heic scripsit, Ⲛ̄ⲚⲒⲄⲈⲚⲦⲰⲢⲈ, mox pag. 84. scribit, Ⲛ̄ⲦⲈ ⲚⲈⲒ-

ⲦⲈⲚ-

ⲦⲈⲚⲦⲰⲢⲈ, *Tentyræ*, seu *Tentyritarum*. Quod vero græci, ac latini, vertentes ⲱ mega in ⲩ psilon, dixerint τέντυραι, et *Tentyra*, non vero τέντωραι, et *Tentora*, mirum videri non debet: nam, ut alia prætermittam exempla, Sanctus quoque Athanasius tom. 1. pag. 306, atque Origenes, pro συήνη, *Syene*, dixerunt σόήνη, et nos Itali e græco latinoque vocabulo, *crypta*, fecimus *grotta*. Tentyritarum porro meminit haud semel Plinius, apud quem lib. 8. cap. 38. hæc legimus: *Gens hominum est huic belluæ* (crocodilo) *adversa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata*. Tentyritarum autem episcopum, quum ea contigerunt quæ narrat ægyptius noster, fuisse Serapionem illum probabile est, qui in græca S. Pachomii Vita commemoratur num. 20.

[6] ⲈⲠⲈⲚⲒⲰⲦ) Scribe, ⲈⲠⲈⲚⲈⲒⲰⲦ.

[7] ⲤⲨⲚϪⲰⲢⲒ) Scribe, ⲤⲨⲚϪⲰⲢⲈⲒ, aut ⲤⲨⲄϪⲰⲢⲈⲒ. Et vide pag. 99. huius voluminis. Lege etiam capitulum 51. Regulæ Sancti Pachomii.

[8] ⲚⲤⲀϤ ⲘⲚ ϢⲘⲦ ⲈⲠⲞⲞⲨ, *heri et nudius tertius*) Apud Tukium pag. 440. thebaice, ⲚⲤⲀⲂ (scribe, ⲚⲤⲀϤ) ⲘⲚ ⲚϢⲞⲘⲚⲦ ⲈⲠⲞⲞⲨ, idem valet. Vide etiam ibidem pag. 23.

[9] ⲀⲖⲖ...) Sic forsitan legendum: ⲀⲖⲖⲀ ⲀϤⲦⲢⲈⲨⲔⲀⲀⲨ ⲚⲤⲀⲞⲨⲤⲀ, *sed eos posuit seorsum*. Nam inter ⲔⲀⲀ.. et ⲚⲤⲀⲞⲨⲤⲀ una tantum periit litera in membrana. Ita memphiticus Interpres Lucæ XII. 39. habet: ⲚⲀϤⲚⲀϪⲀⲨ ⲀⲚ ⲠⲈ, *non sineret, non permitteret*: atque in Pontificali libro part. 2. pag. 147. legimus: ⲠⲒ ⲘⲰⲞⲨ ⲚⲦⲞⲨϪⲀⲨ (quod thebaice dixeris, ⲚⲦⲞⲨⲔⲀⲀⲨ) ϨⲒϪⲈⲚ ⲠⲒ ⲘⲀⲚⲈⲢϢⲰⲞⲨϢⲒ, *aqua posita super altare*.

[10] ⲠⲘⲀⲘⲠⲢⲞ ⲚⲐⲈⲚⲈⲈⲦⲈ̀ est id quod vulgo nominamus, *la portaria del Convento*: vestibulum Monasterii, ubi ianitor, aut ianitores degunt.

[11] Ⲏ̀ ⲚⲦⲞϤ) De vocula ⲚⲦⲞϤ hoc modo adhibita iam superius dixi pag. 196.

Pagina III.

ⲠⲄ

ⲦⲀⲠⲢⲞ [c] ⲈⲦⲞⲨⲀ	ⲈⲢⲞⲒ [3] ⲀⲚⲞⲔ ⲠⲈⲚ
ⲀⲂ [1]. ϪⲈ ⲈⲪⲞⲤⲞⲚ [2]	ⲦⲀⲦⲈⲦⲚⲀⲀⲤ
ⲀⲦⲈⲦⲚⲀⲀⲤ	ⲚⲀⲒ - ⲀⲖⲖⲀ Ⲉ̄
ⲚⲞⲨⲀ ⲚⲚⲈⲒ	ⲠⲈⲒⲀⲎ ⲔⲤⲞⲞⲨⲚ
ⲤⲚⲎⲨ ⲈⲦⲤⲞⲂⲔ	ϪⲈ ⲞⲨⲚϨⲀϨ Ⲛ
ⲈⲦⲠⲒⲤⲦⲈⲨⲈ	ⲦⲀⲄⲘⲀ ⲚⲢⲰ

ⲙⲉ ϩⲛ̄ ⲧⲕⲟⲓ
ⲛⲱⲛⲓⲁ · ⲉⲓⲧⲉ
ϩⲗ̄ⲗⲟ · ⲉⲓⲧⲉ
ⲕⲟⲩⲓ · ⲉⲓⲧⲉ ⲣⲙ̄
ⲛ̄ⲃⲣ̄ⲣⲉ · ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲁⲓ ⲁⲓϫⲟⲟⲥ ϫⲉ
ⲟⲩⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ⲡⲉ
ⲉⲩϣⲁⲛⲉⲓ ϣⲁ
ⲣⲟⲛ ⲉⲧⲣⲉⲛϫⲓ
ⲧⲟⲩ ⲉⲧⲥⲩⲛⲁ
ξⲓⲥ ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ ⲙ̄
ⲡⲉϣⲗⲏⲗ ⲙⲛ̄
ⲛⲥⲱⲥ ⲛⲧⲛ
ⲧⲣⲉⲩϣⲱⲡⲉ
ϩⲛⲟⲩⲙⲁ ⲉϥ
ⲥϭⲣⲁϩⲧ ⲛ̄ⲥⲉⲟⲩⲱⲙ
ⲙ̄ⲡⲉⲩⲟⲉⲓⲕ · ⲁⲓ
ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲏⲡⲟ ·
ⲧⲉ ⲛ̄ⲥⲉϭⲱ ⲉⲩϯ
ⲟⲩⲟⲉⲓ[4] ϩⲛ̄ ⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ
ⲛ̄ⲥⲉⲛⲁⲩ ⲉϩⲟⲉⲓⲛⲉ[5]
ϩⲛ ⲛⲣⲙ̄ⲛⲃⲣ̄ⲣⲉ
ⲛⲥⲉ ϫⲓ ϫⲣⲟⲡ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲓ ϩⲱⲃ
ⲅⲁⲣ ⲛⲧⲁⲡⲡⲁⲧ
ⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲁⲃⲣⲁ
ϩⲁⲙ ⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲉⲓ'
ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲙⲛ ⲛⲉⲧ
ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁϥ ϩⲁ ⲡϣⲏⲛ
ⲛ̄ⲥⲁⲟⲩⲥⲁ · ⲙ̄ⲡⲃⲟⲗ[6]
ⲛ̄ⲧⲉⲥⲕⲩⲛⲏ ·
ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ
ⲥⲱⲧⲙ ⲉⲛⲁⲓ ⲛϭⲓ
ⲁⲡⲁ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ
ⲁⲡⲉϥϩⲏⲧ ⲧⲱⲧ
ⲉϫⲙ̄ⲡϩⲱⲃ ⲕⲁ
ⲧⲁⲑⲉ ⲛⲧⲁϥϣⲁϫⲉ
ⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁϥ

ADNOTATIONES.

[c] ϩⲛ̄ ⲧⲉϥⲧⲁⲡⲣⲟ etc.) „ *qui sancto suo ore dixit* (Matth. „ XXV. 40.): „ Quamdiu fecistis uni ex his fratribus minimis, „ qui credunt mihi, mihi fecistis. „ *Sed quoniam plures in cœ-* „ *nobiis esse nosti hominum ordines, sive senum, sive parvulorum,* „ *sive tyronum, ideo dixi bonum esse, ut, cum ad nos (externi* „ *monachi) veniunt, eos ad Synaxim ducamus orationis tempore* „ (horâ), *et ipsos postea quieto in loco detineamus, et suo (ibi)* „ *pane vescantur. Dixi* (nempe in corde meo: Sic me geram) „ *Ne forte in conventu* (vel, *in contubernio*) *diutius stent* (con- „ sistant), *et novitiorum aliquos videant, et scandalizentur. Hanc* „ *enim ob rem Domino, et iis qui cum ipso erant, ministravit* „ *Abrahamus Patriarcha ad quercum* (vel, *sub quercu) seorsum* „ *extra tabernaculum. Quumque hæc Pater Dionysius audivisset,* „ *de (ea) re, qualem ipsi (Pachomius) exposuerat (dixerat), per-* „ *suasus fuit, (atque contentus). Mulier vero* „ etc.

[1] De nomine ⲧⲁⲡⲣⲟ iam dixi pag. 181. huius voluminis, Fasciculo primo.

[2] ⲉⲫⲟⲥⲟⲛ) Græce, ἐφ' ὅσον, *in quantum*. Hunc euangelii locum paulo aliter Tukius affert thebaice pag. 83, sine ullo ta-

men mendo: ut proinde non unam thebæis euangelii Matthæi translationem fuisse putandum sit.

[3] ⲉⲧⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲓ, *qui credunt in me*) Hæc neque in græco Textu, neque in Vulg. Interpr. extant, neque apud Tukium. Extant tamen in græco Vitæ S. Pachomii scriptore, apud quem sic affertur hic locus: *ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, ἐμοὶ ἐποιήσατε.*

[4] ⲉⲩϯⲟⲩⲟⲉⲓ) De verbo ϯⲟⲩⲟⲉⲓ, seu memph. ϯⲟⲩⲟⲓ, vide Lacrozium in ⲟⲩⲟⲓ.

[5] ⲉϩⲟⲉⲓⲛⲉ, *aliquos*) Joann. IX. 40. pag. 34. huius voluminis, et apud Tukium p. 438. scribitur, ϩⲟⲓⲛⲉ, pro ϩⲟⲉⲓⲛⲉ.

[6] ⲛ̄ⲧⲉⲥⲕⲩⲛⲏ') Scribe, ⲛ̄ⲧⲉⲥⲕⲏⲛⲏ'.

ⲡ̄ⲇ̄

Pagina IV.

ⲛⲉⲩⲛ ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲉ [d]
ⲇⲉ ⲉⲣⲉⲡⲉⲥⲛⲟϥ'
ϩⲁⲣⲟⲥ [1] ⲛⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛⲟⲩⲟⲉⲓϣ · ⲉⲥⲏⲡ
ⲉⲩⲡⲟⲗⲓⲧⲉⲩⲟ
ⲙⲉⲛⲟⲥ [2] ⲛ̄ⲧⲉ
ⲛⲉⲓⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲉ [3]
ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲥ
ⲥⲱⲧⲙ ϫⲉ ⲉⲣⲉ
ⲁⲡⲁ ⲇⲓⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ
ⲛⲁⲃⲱⲕ ϣⲁⲡⲣⲱ
ⲙⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲁⲡⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ
ⲁⲥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲁⲥ
ⲃⲱⲕ ϣⲁⲣⲟϥ
ⲁⲥⲁⲝⲓⲟⲩ ⲙⲙⲟϥ
ϫⲉ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ
ⲡⲉⲕϣⲃⲏⲣ ⲡⲉ
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲁⲡⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ
ϯⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲣⲉⲕ
ϫⲓⲧ ϣⲁⲣⲟϥ ⲧⲁ
ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ · ϯ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ϫⲉ ⲉⲓ
ϣⲁⲛⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ
ⲙⲙⲁⲧⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲛⲁϯ ⲛⲁⲓ ⲙⲡⲧⲁⲗϭⲟ
ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲇⲉ ⲁϥ
ⲡⲉⲓⲑⲉ ⲉϫⲙ̄ⲡϩⲱⲃ
ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ϥⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲛⲧⲙⲁⲥⲧⲓⲅ̄ⲝ̄ [4]
ⲉⲧϩⲓϫⲱⲥ
ⲛ̄ⲧⲉⲩⲛⲟⲩ ⲁϥ
ⲧⲁⲗⲟⲥ ⲉⲩϫⲟⲓ
ⲁⲩⲉⲓ' ⲉϩⲏⲧ [5] ϣⲁ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ ⲡⲁ
ϩⲱⲙ' : — ⲁⲡⲁ ⲇⲓ
ⲟⲛⲏⲥⲓⲟⲥ ⲇⲉ ⲁϥ
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ
ϣⲁⲣⲟϥ ⲁⲩⲱ
ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲧⲣⲉϥ
ⲟⲩⲱ ⲉϥϣⲁϫⲉ
ⲛⲙⲙⲁϥ ⲉⲧⲃⲉ
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ ⲛ̄ⲧⲁϥ
ⲡⲟⲣϫⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ ⲁϥⲁ
ⲝⲓⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ ϫⲉ
ϯⲟⲩⲱϣ ⲉⲧⲣⲉⲕ
ⲧⲱⲟⲩⲛ ⲛⲧⲛ
ⲃⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲙⲁ
ⲙⲡⲣⲟ ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲓϩⲱⲃ [6] ⲛⲁⲛⲁⲅ
ⲕⲁⲓⲟⲛ · ⲛⲧⲟϥ

ADNOTATIONES.

[d] ΝΕΥⲚ ΟΥⲤϨⲒⲘⲈ etc.) „ *Mulier vero quædam erat, quæ „ sanguinis fluxu iamdiu laborabat, quæque in Tentyritarum oppido „ degens ibi inter cives numerabatur: quumque intellexisset fore ut „ ad hominem Dei Pachomium Abbatem adiret Pater Dionysius, „ surrexit, atque ad hunc venit, eumque his verbis rogavit: Ami- „ cum tuum esse novi hominem Dei Abbatem Pachomium: volo „* (opto) *ut ad eum me ducas, et* (sic) *eum videbo: equidem „ credo* (confido), *quod, si illum videro duntaxat, dabit mihi „ Dominus sanitatem. Morem vero mulieri hac in re gerendum ra- „ tus est Dionysius, quippe qui noverat quo ipsa* (*morbo, ac ve- „ luti*) *flagello premeretur: eamque in navigium inscendere confe- „ stim iussit,* (*et ambo*) ⲈϨⲎⲦ *ad* (*monasterium*) *usque Patris „ nostri Pachomii navigarunt. Introiens autem Pater Dionysius Pa- „ chomium adiit: ac postquam cum ipso de Fratribus, quos disper- „ serat, locutus iam fuerat, eum his* (*fere*) *verbis precatus est: „ Volo ut surgas, utque* (*hinc*) *egressi ad conventus ianuam, rei „ cuiusdam necessariæ causa, nosmetipsos conferamus. Pachomius „ vero „* etc.

[1] Græcus quoque Scriptor a Papebrochio editus hæc de hæmorrhousa muliere superioribus proxime subiungit: sed rem paulo aliter narrat, multoque brevius.

[2] ΕΥⲠⲞⲖⲒⲦⲈⲨⲞⲘⲈⲚⲞⲤ) Græcus, quem dixi, sic narrationem exorditur: *ἦν τις γυνὴ τῶν ἐκεῖ πολιτευομένων τινὸς αἱμοῤῥοῦσα, uxor erat cuiusdam ibi degentis, quæ sanguinis fluxum patiebatur*. Quibus verbis non satis clare locus, ubi ea mulier habitaret, indicatur.

[3] ⲚⲦⲈ ⲚⲈⲒⲦⲈⲚⲦⲰⲢⲈ) Illud ⲚⲈⲒ, sive, ut paulo ante, ⲚⲒ, curnam præponitur? Numquid articulus est pluralis? Ast Tentyritarum urbs in thebaide sita erat; ille vero articulus memphiticus potius est, quam thebaicus. Quomodocunque se res habeat, illam urbem plurali nomine quum apud S. Athanasium in Melitii Breviario, tom. I. pag. 148, tum a græco Pachomianæ historiæ scriptore nuncupari animadverti: ut exempli gratia, *ἐν τεντύραις*, *Tentyris*: et, *τῆς ἐκκλησίας τεντύρων*, *Ecclesiæ Tentyritarum*, aut, si malis, *Tentyrarum*.

[4] ⲚⲦⲘⲀⲤⲦⲒⲄⲜ) Græco nomine, *μάστιξ*, Sanctus etiam Marcus V. 34. morbum hunc designat, de muliere hæmorrhousa loquens, quam Dominus sanavit, cum ait: *ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου*, sive, ut Vulg. Int. vertit: *esto sana a plaga tua*.

cua. Græcum hoc vocabulum ægyptii literam ⲅ (quanam de causa, nescio) adiiciendo corrumpunt: thebæi enim et ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲝ, *flagellum*, et ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲅⲟⲩ, *flagellare*, dicunt, ut videre licet apud Tukium pag. 276, et 480: memphitæ vero, ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲅⲟⲥ, *flagellum*, ut Psalmo 90, et ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲅⲟⲓⲛ (nisi potius scribendum sit, ut puto, ⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲅⲟⲩⲛ) *flagellare*.

[5] En iterum hæc vox, ⲉϩⲏⲧ. Vide quæ dixi pag. 213.

[6] ⲡⲉⲓϩⲱⲃ) Dicendum potius videretur, ⲟⲩ ϩⲱⲃ, *una cosa*. Legendum autem heic forsitan, ⲡⲉϩⲱⲃ: nam ⲡⲉⲓϩⲱⲃ non satis huic loco videtur convenire.

Pagina V. ⲡ̅ⲉ̅

ϫⲉ [c] ⲁϥⲟⲩⲁϩϥ̄ [1] ⲛ̄
ⲥⲱϥ ϣⲁⲛⲧⲉϥ
ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲙⲁ
ⲙ̄ⲡⲣⲟ ⲛ̄ⲑⲉⲛⲉ
ⲉⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲁⲩ
ϩⲙⲟⲟⲥ ⲁⲩϣⲁϫⲉ
ⲙⲛ ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ
ⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲁⲥⲉⲓ
ϩⲓⲡⲁϩⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟϥ
ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ ⲧⲉⲥⲛⲟϭ̄
ⲙⲡⲓⲥⲧⲓⲥ -
ⲛ̄ⲧⲉⲣ̄ⲉⲥϫⲱϩ
ⲙ̄ⲙⲁⲧⲉ ⲉⲛⲉϥ
ϩⲟⲉⲓⲧⲉ [2] ⲛ̄ⲧⲉⲩ
ⲛⲟⲩ ⲁⲥⲧⲁⲗϭⲟ
ⲡⲣⲱⲙⲉ ϫⲉ ⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲡⲁ
ⲡⲁϩⲱⲙ ⲛⲉ
ⲁϥⲙ̄ⲕⲁϩ ⲛ̄ϩⲏⲧ
ϩⲙ̄ⲡϩⲱⲃ ϣⲁ
ϩⲣⲁⲓ ⲉⲡⲙⲟⲩ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ··
ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲛⲟⲩⲟ
ⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ⲛⲉϥ
ⲟⲩⲱϣ ⲁⲛ ⲉϫⲓⲉ̄
ⲟ̄ⲟⲩⲉ̄ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲛ
ⲛⲣⲱⲙⲉ ·:—
ⲛⲉⲩⲛ ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ϫⲉ
ⲛϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ [3] ⲉ̄ⲥⲙ
ⲡⲣⲏⲥ ⲛⲧⲁⲃⲉⲛ
ⲛⲏⲥⲉ [4] ⲛⲁⲥⲛⲁⲩ
ⲙ̄ⲙⲓⲗⲗⲓⲟⲛ [5]
ⲉϣⲁⲣⲉⲡⲓⲱⲧ [6] ϫⲉ
ⲛⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ ⲉⲧⲙ̄
ⲙⲁⲩ ⲉⲓ ϣⲁ ⲡⲉⲛ
ⲓⲱⲧ ⲛϩⲁϩ ⲛⲥⲟⲡ
ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲡⲉϥ
ϣⲃⲏⲣ ⲡⲉ · ⲁⲩⲱ
ⲛϣⲁϫⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲉⲧⲉϣⲁϥ
ⲥⲟⲧⲙⲟⲩ ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧϥ̄
ⲛⲉ ϣⲁϥ ϫⲟⲟⲩ
ϩⲱⲱϥⲟⲛ ⲉⲛⲉϥ
ⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ - ϫⲉ
ⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲣ̄ϩⲟⲧⲉ
ϩⲏⲧⲟⲩ ⲛⲛ̄ⲛⲟ
ⲙⲟⲥ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲁⲩⲱ ⲁⲥϣⲱⲡⲉ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲟⲩⲥⲟⲛ
ϩⲛ ⲧⲉϥϩⲉⲛⲉⲉ
ⲧⲉ · ⲁⲓⲧⲓ [7] ⲛⲟⲩ
ϫⲁⲝⲓⲥ [8]

A D-

ADNOTATIONES.

[e] ⲚⲦⲞϤ ⲆⲈ etc.) „ *Pachomius vero eum, donec ad conventus ianuam perveniret, secutus est: (ibique ambo) consederunt, ac secum invicem colloquebantur. Mulier autem ob magnam suam fidem* (vel, *fiduciam) retro (accedens) a tergo Pachomii constitit: cuius vestimenta cum tantummodo tetigisset, statim sanata est. Eam vero ob rem homo Dei Abbas Pachomius (conturbatus est, et iugiter) usque ad mortem contristatus mansit: quia ab hominibus glorificari* (gloriam accipere) *nunquam voluit. Ad austrum vero Tabennesis parvus erat Conventus* (vel, *parvum contubernium*), *duo circiter milliaria distans (a Monasterio). Eius autem Conventus Pater* (vel, *Præpositus) ad Patrem nostrum (Pachomium) crebro venire consueverat: quia ipsius amicus erat, et Dei verba, quæ ab ipso (Pachomio) audiverat, suis et ipse monachis dicere solebat, ut Dei leges timerent (atque observarent). Et contigit, ut, quum quoddam in eius Conventu officium* (seu, *munus) quidam Frater ab illo peteret, ipse ei responderit* „ etc.

[1] ⲀϤⲞⲨⲀϨϤ ⲚⲤⲰϤ, *præeuntem secutus a tergo est*) Verbum ⲞⲨⲀϨ hoc fere sensu acceptum, ac thebaice cum suffixo pronomine constructum extat etiam Luc. I. 3. apud Tukium pag. 12. ubi enim græcum exemplar habet, κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν, Vulgatus vero Interpres: *et mihi assecuto omnia a principio*, Thebæus vertit: ⲚⲀⲒ ϨⲰ ⲈⲀⲒⲞⲨⲀϨⲦ ⲚⲤⲀ ϨⲰⲂ ⲚⲒⲘ ϪⲒⲚ ⲚϢⲞⲢⲠ, *a me ancora, che ho tenuto dietro sin da principio ad ogni cosa.*

[2] ⲚⲈϤϨⲞⲈⲒⲦⲈ, *vestimenta eius*) Apud Tukium pagg. 155, et 202, itemque Fragm. XI. pag. 166. scribitur, ϨⲞⲒⲦⲈ, *vestis*, pro ϨⲞⲈⲒⲦⲈ.

[3] ⲚϨⲈⲚⲈⲈⲦⲈ) Quod ægyptius vocat ϨⲈⲚⲈⲈⲦⲈ, id græcus hæc narrans appellat μοναστήριον, *monasterium*: nempe, ut puto, *monasteriolum*: *parvum monasterium*: *contubernium monachorum.*

[4] ⲚⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎⲤⲈ, *di Tabennese)* Hactenus librarius scripsit, ⲦⲀⲂⲚ̄ⲚⲎⲤⲈ: heic vero, moxque iterum, ⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎⲤⲈ.

[5] ⲚⲀ ⲤⲚⲀⲨ ⲘⲘⲒⲖⲖⲒⲞⲚ, *due miglia incirca*) *Milliarium*, seu *mille passus* Græci vocabulo ex latina lingua deducto vocant μίλιον: ægyptii literam ⲗ duplicant. Latini veteres quum *mile* scribebant, et *milia*, tum *mille*, et *millia*.

[6] ⲠⲒⲰⲦ, *Pater*) Scribe, ⲠⲈⲒⲰⲦ, et mox, ⲠⲈⲚⲈⲒⲰⲦ.

[7] ⲁⲓⲧⲓ) Scribe, ⲁⲓⲧⲉⲓ̈.
[8] ⲛ̅ⲟⲩⲇⲁⲝⲓⲥ, *un posto: un impiego)* Scribe, ⲛ̅ⲟⲩ ⲧⲁⲝⲓⲥ, ut recte scriptum vidimus pag. 192. huius voluminis.

ⲡ̅ⲋ̅

Pagina VI.

ⲛⲧⲟ̅ⲟ̅ⲧϥ̅ [1]. ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ [f] ϫⲉ ⲁⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ ⲁⲡⲁ ⲡⲁ
ϩⲱⲙ ϩⲱⲛ ⲉⲧⲟ
ⲟⲧⲛ [2] ⲉⲧⲙ̅ⲣ ⲡⲁⲓ
ⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲙⲡⲁ
ⲧⲉ [3] ⲕⲙ̅ⲡϣⲁ ⲙ̅
ⲡϩⲱⲃ · ⲡⲉⲧⲙ
ⲙⲁⲩ ⲇⲉ ⲁϥϭⲱⲛⲧ
ⲁϥⲥⲱⲕ [4] ⲙⲙⲟϥ
ϫⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲙⲁⲣⲟⲛ
ϣⲁⲣⲟϥ ⲛϥ̅ ⲧⲁ
ϩⲉ ⲡϩⲱⲃ ⲉⲣⲁⲧϥ
ⲉⲣⲟⲓ · ⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ
ⲇⲉ ⲁϥⲟⲩⲁϩϥ ⲛ
ⲥⲱϥ ⲉϥⲟ ⲛϩⲃⲁ [5]
ⲉϥⲗⲩⲡⲉⲓ ϫⲉ ⲟⲩ
ⲡⲉⲧⲛⲁ ϣⲱⲡⲉ
ⲛⲧⲉⲣⲟⲩⲉⲓ ⲇⲉ ϣⲁ
ⲣⲟϥ ⲉⲧⲁⲃⲉⲛ
ⲛⲏⲥⲉ ⲉⲩⲉⲓⲣⲉ [6] ⲛ̅
ϣⲟⲙⲛⲧ ⲛ̅ⲥⲟⲛ [7]
ⲁⲩϩⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲕⲱⲧ
ⲛⲟⲩⲙⲁϩⲙ̅ⲡⲥⲟ
ⲃⲧ ⲛ̅ⲧⲥⲟⲟⲩϩⲥ [8]
ⲡⲉⲧⲙ̅ⲙⲁⲩ ⲇⲉ ⲁϥ

ϩⲱⲛ [9] ⲉⲣⲟϥ ϩⲛ ⲟⲩ
ϭⲱⲛⲧ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲁⲙⲟⲩ ⲉ
ⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̅ⲅ ⲧⲁ
ϩⲟ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲉⲣⲟⲓ
ⲙⲡⲁⲛⲟⲃⲉ ⲱ
ⲡⲁϩⲱⲙ ⲡⲣⲉϥ
ϫⲓϭⲟⲗ · ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲇⲉ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ̀
ϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̅ ⲧⲉϥ
ⲙⲛ̅ⲧϩⲁⲣ̅ϣϩⲏⲧ
ⲙ̅ⲡⲉϥⲟⲩⲱϣⲃ̅
ϩⲟⲗⲱⲥ · ⲁϥⲟⲩ
ⲱϩ ⲟⲛ ⲉⲧⲟⲟⲧϥ
ⲛ̅ϭⲓ ⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ
ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ
ⲛⲁϥ ϫⲉ ⲛⲓⲙ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲁⲛⲁⲅ
ⲕⲁⲍⲉ ⲙ̅ⲙⲟⲕ
ⲉϫⲓϭⲟⲗ · ⲁⲩⲱ
ⲉⲕⲣ̅ⲡⲕⲉ ϫⲱ
ⲙ̅ⲙⲟⲥ ϫⲉ †
ⲛⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲣⲉ
ⲡⲉⲕⲟⲩⲟⲉⲓⲛ
ⲧⲏⲙ [10] ·: —
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲇⲉ ⲙ̅

ADNOTATIONES.

[1] ⲛ̅ⲧⲟⲟⲧϥ̅) Cur supra utrumque OO micron lineolam puncto fere similem scripserit librarius, me latet.

[f] ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ etc.) „ *ipse ei responderit: Præcepit nobis* „ *Pater noster Abbas Pachomius ut rem hanc non faceremus* (vetuit nos hoc facere), *quia* (*huiusmodi*) *munere dignus nondum* „ *es. Indignatus autem est ille* (*monachus*), *et* (*Præpositum*) *ipsum* „ *tra-*

„ *traxit* (*inquiens*): *Veni*, *eamus ad illum* (ad Patrem nostrum), „ *et rem* (*hanc*) *mihi ipse confirmet*. *Illum vero secutus est Præ-* „ *positus*, (*sed*) *invitus*, *ac mœrens*, (*nesciebat enim*), *quemnam* „ *exitum res esset habitura*. *Hi vero cum ad Pachomium in Taben-* „ *nesim venissent*, *ac tres* (*simul*) *Fratres* (*iidem*) *forent*, *ipsum* „ *invenerunt ædificantem complementum* (*locum*) *in muro fastigii* *. „ (*Petulans*) *vero ille* (*monachus*) *iracunde ei atque imperiose di-* „ *xit*: *Descende*, *et exhibe* (profer, comproba, ostende) *mihi* „ *peccatum meum*, *o mendax Pachomi*. *Homo autem Dei ob* (*mi-* „ *ram*) *patientiam suam nihil prorsus respondit*. *Subiunxit* (*petu-* „ *lans*) *ille*, *eique* (*insultare pergens*) *dixit*: *Quis te mentiri co-* „ *egit*? *Ac dicere etiam* (*audes*) *te esse perspicacem*? (*At valde*) „ *hebes est tuum lumen* (*tua visio*). *Diaboli autem insidias* „ etc.

[2] ⲈⲦⲞⲞⲦⲚ̄, *nobis*) Cur prima plurali persona loquitur hicce Præpositus? An huiusmodi mos in monasteria invectus iam fuerat? Nimis id a sanctorum illorum Fratrum simplicitate, atque humilitate alienum est. Equidem crediderim potius, œconomum non a solo Præposito, sed a senioribus quoque eligi consuevisse.

[3] Ⲙ̄ⲠⲀⲦⲈ, *nondum*) Vide Tukium pag. 282.

[4] ⲀϤⲤⲰⲔ, *traxit*) Græcus quoque Scriptor habet, ἔσυρεν, *traxit*.

[5] ⲈϤⲞ' Ⲛ̄ϨⲂⲀ) Interpretor, *invitus*: *coactus*. Nam ϪⲂⲀ memphitis est *violentia*, *vis*.

[6] ⲈⲨⲈⲒⲢⲈ) Interpretor: *existentes*. *quum essent*.

[7] Ⲛ̄ϢⲞⲘⲚ̄Ⲧ Ⲛ̄ⲤⲞⲚ, *tres Fratres*: *tres Monachi*) *Nullus solus foras mittatur* (inquit S. Pachomius in Reg. cap. 56.) *ad aliquod negotium*, *nisi iuncto ei altero*.

[8] Ⲛ̄ⲞⲨⲘⲀϨⲘ̄ⲠⲤⲞⲂⲦ Ⲛ̄ⲦⲤⲞⲞⲨϨⲤ) Græcus scriptor: εὑρήκασιν (inquit) αὐτὸν οἰκοδομοῦντα τεῖχος τῇ μονῇ μετὰ τῶν ἀδελφῶν, *invenerunt ipsum occupatum in ædificando muro monasterii una cum Fratribus*. Itaque in ægyptio Scriptore, quem græce is vertebat, paulo aliter hæc exponebantur. Quanquam in ægyptio nostro quid proprie valeant illa, Ⲛ̄ⲞⲨⲘⲀϨⲘ̄, atque, Ⲛ̄ⲦⲤⲞⲞⲨϨⲤ, liquidius ac certius docebunt peritiores. Memphitis ϯ ⲤⲰⲞⲨϨⲒ est κορυφή, *vertex*, *fastigium*. An ⲦⲤⲞⲞⲨϨⲤ idem heic valet? An pro ⲤⲞⲞⲨϨⲤ, scribendum, ⲤⲞⲞⲨϨⲈ? Aliis hæc relinquo expedienda.

[9] ⲀϤϨⲰⲚ ⲈⲢⲞϤ, *præcepit ei*, *imperavit*) Vel, *accessit ad eum*. Verbo tamen ϨⲰⲚ, et ϨⲎⲚ, adiungunt thebæi plerumque ⲈϨⲞⲨⲚ, cum significat *appropinquare*: quod Memphitæ dicunt ϦⲰⲚⲦ, et ϦⲈⲚⲦ.

[10] ⲦⲎⲘ

[10] ⲦⲎⲘ) Verbum ⲦⲎⲘ, et ⲦⲰⲘ (memphitice ⲐⲰⲘ) vertitur aliquando, *acuere*: ut apud Tukium pag. 412. ⲀⲨⲦⲰⲘ ⲚⲚⲈⲨⲖⲀⲤ, *acuerunt linguas suas*. Sed hoc in loco ita illud accepi, ut sonat Joann. XII. 40. pag. 59. huius voluminis. Vide quæ dixi pag. 60. In græco scriptore legimus: πεπορώμενος (scribe πεπωρομένος) ὢν τῇ ὁράσει: quæ non recte vertit Cardonus: *utpote qui longa te rerum contemplatione perfecisti*: nam contra significant: *cum hebetiore sis visu*: vel: *quamvis sis cæcus*.

ⲠⲌ̄

Pagina VII.

ⲠⲚⲞⲨⲦⲈ [g] ⲀⲠⲀ
ⲠⲀϨⲰⲘ ⲚⲈ
ⲀϤⲈⲒⲘⲈ ⲈⲚⲔⲞ
ⲦⲤ ⲘⲠⲆⲒⲀⲂⲞ
ⲖⲞⲤ · ⲀϤⲞⲨⲰ
ϢⲂ ϪⲈ ⲔⲰ ⲚⲀⲒ
ⲈⲂⲞⲖ ⲀⲒⲢⲚⲞⲂⲈ
ⲘⲎ Ⲙ̄ⲠⲈⲔⲢ
ⲚⲞⲂⲈ Ⲛ̄ⲦⲞⲔ Ⲉ̄
ⲚⲈϨ · Ⲛ̄ⲦⲈⲨⲚⲞⲨ
ⲀϤϨⲢⲞⲔ ⲈⲂⲞⲖ [1]
ϨⲘ̄ⲠⲈϤϬⲰⲚⲦ
ⲠⲈⲚⲒⲰⲦ [2] ⲆⲈ ⲠⲀ
ϨⲰⲘ ⲀϤϪⲒ
ⲠⲒⲰⲦ Ⲛ̄ⲐⲈⲚⲈ
ⲈⲦⲈ ⲈⲦⲘ̄ⲘⲀⲨ
ⲚⲤⲀⲞⲨⲤⲀ · ⲀⲨⲰ
ⲠⲈϪⲀϤ ⲚⲀϤ ϪⲈ
ⲞⲨ ⲠⲈⲦϢⲞⲞⲠ
Ⲛ̄ⲦⲞϤ ⲆⲈ ⲠⲈϪⲀϤ
ⲚⲀϤ ϪⲈ ⲔⲰ ⲚⲀⲒ
ⲈⲂⲞⲖ ⲠⲀϪⲞⲈⲒⲤ
ⲚⲒⲰⲦ · ⲚⲦⲀⲠⲀⲒ
ⲄⲀⲢ ⲀⲒⲦⲈⲒ ⲚⲞⲨ
ϨⲰⲂ Ⲛ̄ⲦⲞⲞⲦⲚ
ⲠⲀⲢⲀ ⲠⲈϤⲘ̄
ⲠϢⲀ - ⲀⲒⲈⲒⲘⲈ
ϪⲈ ϤⲚⲀⲤⲰⲦⲘ
ⲚⲤⲰⲒ ⲀⲚ · ⲀⲒϪⲈ
ⲠⲈⲔⲢⲀⲚ ⲚⲀϤ ϪⲈ
ⲀⲢⲎⲨ ϤⲚⲀⲤϬ̄ⲢⲀϨⲦ
ϯⲤⲞⲞⲨⲚ ⲄⲀⲢ ϪⲈ
ⲘⲈⲢⲈ ⲖⲀⲀⲨ Ⲛ
ϨⲰⲂ ⲚⲔⲢⲞϤ
ϨⲰⲠ ⲈⲢⲞⲔ · ⲀⲨⲰ
ⲈⲒⲤϨⲎⲎⲦⲈ ⲀϤ
ⲞⲨⲰϨ ⲈϨⲢⲀⲒ
ⲈϪⲚ̄ ⲚⲈϤⲠⲈⲐⲞ
ⲞⲨ ·:— ⲀϤⲞⲨⲰϢⲂ
ⲆⲈ ⲚϬ̄Ⲓ ⲠⲢⲰⲘⲈ
ⲘⲠⲚⲞⲨⲦⲈ
ϪⲈ ⲤⲰⲦⲘ ⲚⲤⲰⲒ
ⲚⲄ ⲦⲀⲀϤ ⲚⲀϤ
ϪⲈⲔⲀⲤ ⲈⲂⲞⲖϨⲒ
ⲦⲘ̄ⲠⲀⲒ ⲈⲚⲈ
ⲦⲰⲔⲘ̄ [3] ⲚⲦⲈϤ
ⲮⲨⲬⲎ Ⲛ̄ⲦⲞⲞⲦϤ̄

ADNOTATIONES.

[g] ⲠⲢⲰⲘⲈ̀ ⲆⲈ Ⲙ̄ⲠⲚⲞⲨⲦⲈ̀ etc.) „ *Diaboli autem insidias* „ *agnoverat homo Dei Abbas Pachomius: ac respondit: Ignosce mi-* „ *hi: peccavi: an tu nunquam peccas? Et statim (petulans Mo-*

„ *nachus) a sua indignatione* (*desistens*) *placatus est. Illius au-*
„ *tem Conventus Patrem sevocavit Pater noster Pachomius, eique*
„ *dixit: Quid contigit? Ipse vero, Ignosce inquit, mihi, Domine*
„ *mi, Pater. Munus* (officium, administrationem, ministerium)
„ *enim a nobis petiit iste* (*monachus*), *quo indignus est: noveram*
„ *eum mihi auscultaturum non esse:* (*itaque*) *tuo nomine ei locutus*
„ *sum* (vel, *te illi nominavi*): *fortasse* (*aiebam mecum ipse*)
„ (*sic*) *eum quietum* (*reddam*): *nihil enim quod dolose factum*
„ *sit, tibi occultum esse scio.* (*Sed*) *ecce etiam peior evasit* (*suis*
„ *malefactis graviora alia adiecit*). *Respondit autem homo Dei:*
„ *Ausculta mihi, et illud ei da* (*quod petit*): *ut ipsius animam*
„ *Inimico* (i. e. diabolo) *hac ratione eripiamus. Malus enim*
„ *homo* „ etc.

[1] ⲁϥϩⲣⲟⲕ ⲉⲃⲟⲗ, *sedatus est: mitigatus est*) Nusquam alibi verbum hocce, ϩⲣⲟⲕ, reperi: sed hanc interpretationem contextus postulare videtur, et græcus quoque scriptor eodem sensu habet: ἡσύχασεν ἀπὸ τῆς χολῆς.

[2] ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ) Scribe heic, ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ: et mox, ⲡⲉⲓⲱⲧ: tum paulo post, ⲛ̄ⲉⲓⲱⲧ.

[3] Thebaicum verbum ⲧⲱⲕⲙ̄ (cui respondet memphiticum ⲑⲱⲕⲉⲙ) habes etiam apud Tukium pag. 373: ubi ⲁϥⲧⲱⲕⲙ̄ ⲛ̄ⲥⲏϥⲉ (sic enim ibi legendum est) valet, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν, *extraxit gladium*.

ⲡ̄ⲏ

Pagina VIII.

ⲙ̄ⲡϫⲁϫⲉ · ⲕⲁⲓ
ⲅⲁⲣ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉϥ
ϩⲟⲟⲩ ⲉⲕϣⲁⲛⲣ̄
ⲡⲉⲧⲛⲁⲛⲟⲩϥ
ⲛⲁϥ ϣⲁϥⲉⲓ ⲉⲩ
ⲉⲥⲑⲏⲥⲓⲥ [1] ⲛ̄ⲧⲉ
ⲡⲁⲅⲁⲑⲟⲛ ·
ⲧⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲧⲉ ⲧⲁ
ⲅⲁⲡⲏ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲧⲣⲉⲛϣⲡϩⲓⲥⲉ [2]
ⲙⲛ ⲛⲉⲛⲉⲣⲏⲩ
ⲛⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲧⲙ̄
ⲙⲁⲩ ⲇⲉ ⲥⲱⲧⲙ
ⲉⲛⲁⲓ ⲛ̄ⲧⲙ̄ⲡⲉⲛ
ⲓⲱⲧ ⲁⲡⲁ ⲡⲁϩⲱⲙ
ⲁⲩⲙⲟⲟϣⲉ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ ⲉⲩϩⲛ̄ [3]
ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛⲥⲟⲗⲥⲗ
ⲉⲛⲁϣⲱϥ : —
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩⲡⲱϩ ⲇⲉ
ⲉⲧⲉⲩϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ
ⲁⲡⲓⲱⲧ [4] ⲛ̄ⲑⲉⲛⲉ
ⲉⲧⲉ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ
ⲧⲉϣ [5] ⲡⲥⲟⲛ ⲉⲧ
ⲧⲁⲝⲓⲥ ⲛ̄ⲧⲁϥ
ⲁⲓⲧⲓ [6] ⲙⲙⲟⲥ ·
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁϥ
ϩⲱⲛ ⲉⲧⲟⲟⲧϥ̄
ⲛϭⲓ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲡⲁ ⲡⲁ
ϩⲱⲙ ·

ϩⲱⲙ · ⲁⲩⲱ
ⲙⲛ̄ⲛ̄ⲥⲁ ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ
ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ ⲁϥⲛⲏ
ⲫⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲡⲥⲟⲛ
ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲁⲩⲱ
ⲁϥⲕⲟⲧϥ̄ ϣⲁⲡⲉⲛ
ⲉⲓⲱⲧ ⲡⲁϩⲱⲙ
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲧ̄ [7]
ⲉⲛⲉϥϭⲓϫ ⲙⲛ̄
ⲛⲉϥⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ
ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ⲁⲗⲏⲑⲱⲥ ⲁⲕ
ϫⲓⲥⲉ ⲉⲙⲁⲧⲉ [8] ⲱ̄
ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲡⲁⲣⲁⲑⲉ ⲉⲧⲉⲛ
ⲥⲱⲧⲙ ⲉⲧⲃⲏ
ⲏⲧⲕ ⲙ̄ⲙⲏⲛⲉ
ⲕⲁⲓⲅⲁⲣ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲉⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ
ⲉⲛⲉ ⲙⲡⲉⲕⲣ̄ϩⲁ
ⲣϣ̄ϩⲏⲧ ⲉϫⲱⲓ

ADNOTATIONES.

[h] ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ etc.) „ *Malus enim homo, si ei bene feceris, in* „ *bonum (flecti, atque in hominis probi) sensa venire solet. Hæc* „ *enim est* (vel, *in hoc potissimum sita est*) *caritas Dei* (vel, „ *caritas in Deum:* vel, *caritas quam nobis iniungit Deus), ut* „ *nos ipsos invicem commiseratione prosequamur. Hæc autem quum* „ *ille a Patre nostro Abbate Pachomio audivisset, permagna conso-* „ *latione affecti discesserunt ab eo: quumque ad suum ipsi Conven-* „ *tum pervenerunt, ipsius Conventus Pater* (vel, *Præpositus*) *Fra-* „ *trem eo in officio* (vel, *munere, ministerio*), *quod petierat, col-* „ *locavit, sicut homo Dei Abbas Pachomius ipsi præceperat. Et* „ *paucos post dies Frater ille* (*resipuit*) *modestior factus, atque* „ *ad Patrem nostrum Pachomium reversus est, illiusque manus,* „ *ac pedes osculatus, Vere, inquit,* (*magnus ac*) *multo* (*ceteris*) „ *præstantior es, o Vir Dei,* (*ac*) *plus* (*etiam*) *quam a quotidia-* „ *na de te fama* (*prædicari*) *audivimus. Novit enim Dominus,* „ *quod, nisi tua in me patientia usus fuisses ea die qua* „ etc.

[1] ⲉⲩⲉⲥⲑⲏⲥⲓⲥ̀) Scribe, ⲉⲩⲁⲓⲥⲑⲏⲥⲓⲥ̀. Hæc locutio in illa etiam S. Pachomii Vita exstabat, quam græce ex ægyptiaco sermone translatam edidit Papebrochius: etenim in hac quoque legimus: *εἰς αἴσθησίν τινα τȣ ἀγαθȣ ἐλθεῖν*: quæ verba ægyptiacis nostri scriptoris verbis respondent adamussim: ut ex hisce, verbum e verbo, translata videantur, imo sint.

[2] ϣⲡ̄ϩⲓⲥⲉ) Græcus: *συμπάσχειν ἀλλήλοις*: *compatirsi l' un l' altro.*

[3] ⲉⲩϩⲉⲛ etc.) Pluraliter loquitur scriptor. Consolatione igitur uterque affectus discessit, quum contubernii Præfectus, tum impudens ille ambitiosusque monachus.

[4] ⲁⲡⲓⲱⲧ) Scribe, ⲁⲡⲉⲓⲱⲧ.

[5] ⲁ... ⲧⲉϣ) Quod Memphitæ dicunt ⲑⲏϣ, et ⲑⲱϣ, id Thebæi efferunt per ⲧⲉϣ, et ⲧⲱϣ.

[6] ⲛ̄ⲧⲁϥⲁⲓⲧⲓ' ⲙ̄ⲙⲟⲥ') Scribe, ⲛ̄ⲧⲁϥⲁⲓⲧⲉⲓ' ⲙ̄ⲙⲟⲥ', *quam petierat* (τάξιν videlicet). Juxta græcum Scriptorem officium, sive administrationem, quam petierat ille monachus, pœnitentia ductus gerere amplius noluit, postquam illam assecutus fuerat (μετὰ το τυχεῖν). Qua in re duo hi scriptores non pugnantia scribunt, sed quod unus clare affirmat, id alter omittit, aut tacite innuit. Quod si τάξιν illam monacho Præpositus contulit, ut refert uterque scriptor, non erat profecto ea τάξις Clericatus a Dionysio Exiguo, ac Surio memoratus: Clericatum enim monacho illi neque Præpositus, neque Sanctus ipse Pachomius conferre poterat.

[7] ⲁϥⲟⲩⲱϣⲧ̄) Verbum ⲟⲩⲱϣⲧ̄, cuius significatio esse solet, *adorare*, valet, *osculari*, ut manifestum est, quum hoc in loco, tum mox pag. 91. Observa autem, quam vetustus sit mos iste osculandi pedes Patrum spiritualium, ac Præsulum quorumlibet, atque Episcoporum, nedum Romani Pontificis, quem utpote Petri Apostolorum Principis successorem, Christique in universa Ecclesia Vicarium Fideles omnes semper venerati sunt.

[8] ⲁⲕϫⲓⲥⲉ ⲉⲙⲁⲧⲉ) Ægyptiacam hanc locutionem retinuit græcus scriptor: habet enim, λίαν ὑψωθεὶς. Sed quum codices, quos Cardonus, et Papebrochius præ manibus habuerunt, mendis pleni forent, legendum puto, λίαν ὑψώθης: imo hanc lectionem contextus ipse postulat.

Pagina IX.

ⲡ̄ⲑ̄

ⲙ̄ⲡⲉϩⲟ̄ⲟ̄ⲩ [1] ⲛ̄ⲧⲁⲓ
ⲥⲁϩⲟⲩ ⲙ̄ⲙⲟⲕ
ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲓ ⲁⲑⲏⲧ
ⲛⲣⲉϥⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ·
ⲉⲛⲉ ⲛⲧⲁⲕϫⲉ ⲗⲁ
ⲁⲩ ⲅⲁⲣ [1] ⲛ̄ϣⲁϫⲉ
ⲛⲁⲓ ⲉϥⲛⲁϣ̄ⲧ
ⲛⲉ ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ
ⲁⲓⲗⲟ ⲉⲓⲟ ⲙ̄ⲙⲟⲛⲁ
ⲭⲟⲥ ⲁⲓⲃⲱⲕ ⲁⲓⲣ̄
ⲕⲟⲥⲙⲓⲕⲟⲛ [2]·
ⲕⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲛⲧⲟⲕ

ⲱ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲙ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ - ⲛⲧⲁ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲧⲁⲛϩⲟⲓ
ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲙⲛ̄ⲧ
ϩⲁⲣϣϩⲏⲧ ⲛ̄
ⲧⲉⲕⲙⲛⲧⲭⲣ̄ⲥ̄ [3]
ⲁⲩⲱ ⲁⲥϣⲱⲡⲉ [4]
ⲛⲟⲩϩⲟⲟⲩ ⲁⲟⲩ
ⲣⲱⲙⲉ ⲉⲓⲛⲉ ⲛ̄
ⲧⲉϥϣⲉⲉⲣⲉ ϣⲁ
ⲣⲟϥ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲟⲩ
ⲛⲟϭ ⲛ̄ϣⲱⲛⲉ

ⲛⲁⲓ-

ⲛⲇⲁⲓⲙⲱⲛ
ϩⲓⲱⲱⲥ · ⲉϥⲟⲩⲱϣ
ⲉⲧⲣⲉϥⲧⲁⲗϭⲟⲥ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥ ϫⲟⲟⲩ
ⲇⲉ ⲛⲁϥ ⲉϩⲟⲩⲛ
ϩⲓⲧⲙ̄ⲡⲥⲟⲛ
ⲉⲧⲙ̄ⲡⲙⲁⲙ̄ⲡⲣⲟ
ⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗ
ϫⲉ ϫⲟⲟⲩ ⲟⲩϣⲧⲏⲛ
ⲉⲧⲱⲥ ⲧⲉ [5] ⲛⲁⲓ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲙⲡⲉⲥ
ⲛⲟϫⲥ̄ ⲉϫⲱⲥ ϫⲓⲛ
ⲧⲁⲥϣⲟⲙⲥ [6] · ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲟⲩϫⲓⲧⲥ̄
ⲛⲁϥ ⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲙ̄
ⲡⲧⲣⲉϥϭⲱϣⲧ
ⲅⲁⲣ [7] ⲉϫⲱⲥ ⲁϥ
ϫⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲉⲥ
ⲉⲓⲱⲧ ϫⲉ ⲧⲱⲥ
ⲙⲉⲛ ⲧⲉ ⲧⲉϣⲧⲏⲛ
ⲁⲗⲗⲁ ⲛ̄ⲥϩⲁⲣⲉϩ
ⲁⲛ ⲉⲛⲧⲃⲃⲟ ⲛ
ⲧⲙⲛ̄ⲧⲙⲟⲛⲁ
ⲭⲏ [8] · ⲧⲉⲛⲟⲩ ϭⲉ
ⲙⲁⲣⲉⲥϩⲟⲙⲟⲗⲟ
ⲅⲉⲓ ϫⲉ ⲥⲛⲁϩⲁ
ⲣⲉϩ ⲛⲥⲁⲑⲏ ·
ⲧⲛⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ [9]

ADNOTATIONES.

[1] ⲙ̄ⲡⲉϩⲟⲟⲩ etc.) „ *ea die, qua ego stultus hic peccator* „ *te maledictis incessivi,* (*ac*) *si tu mihi durum aliquod* (*asperumque*) *verbum dixisses, ecce ego monachus esse desiissem, atque abiissem, et mundanus* (i. e. *secularis*) *factus forem. Benedictus* (*sis*) *tu, o homo Dei:* (*nam*) *propter tuæ benignitatis* „ *patientiam Dominus me vivificavit* (*vitam mihi ac salutem largitus est*). *Et contigit quadam die,* (*ut*) *quidam homo filiam* „ *suam infirmam,* (*atque*) *a dæmone valde vexatam ad ipsum* „ (*Pachomium*) *duceret, volens* (*ac petens*) *ut eam sanaret. Cum* „ *vero Fratrem* (vel, *Monachum*), *qui ad* (*monasterii*) *ianuam* „ *consistebat, ad Pachomium misisset* (*qui id ab eo peteret*), *Pachomius responsum ei dari mandavit in hæc verba: Indumentum* „ *aliquod intus mihi mitte, quod sit puellæ* (*ipsius*)... *: Quumque* „ *intro allatum Pachomio* (*puellæ indumentum*) *fuisset, ipse illo* „ *inspecto huiusmodi responsum puellæ genitori misit: Puellæ quidem* „ *indumentum est* (*hocce*), *sed ea monasticam puritatem* (vel, *castitatem*) *non servat. Nunc ergo ipsa profiteatur* (*promittat*) „ *hanc a se in posterum servatum iri, et credimus fore ut quietem* „ (*ac sanitatem*) *recuperet. Puellæ vero pater* „ etc.

[7] ⲅⲁⲣ) Particula ista non semel mihi superius molesta fuit, hoc autem in loco molestissima est itidem ut paulo post hac ipsa in pagina: sententiam enim turbat, si vertas, *enim*. Ne igitur illuc semper confugiamus, ut aliquid ab Exscriptore omissum suspicemur, præstat ipsam aliter accipere. In Theotociis

pag.

pag. 192. valere videtur, *ideo*: ubi hæc leguntur: ⲛ̄ⲧⲉⲛⲱϣ ⲉⲃⲟⲗ ⲅⲁⲣ, idest, *ideo clamamus*. Alibi vero aliud sonat, aut παρέλκει.

² ⲁⲓⲣ̄ⲕⲟⲥⲙⲓⲕⲟⲛ', *sarei tornato al secolo: sarei divenuto secolare*) Illud, ⲕⲟⲥⲙⲓⲕⲟⲛ', memphiticum magis, quam thebaicum videtur. Itaque notandum est. Thebæus alius scriptor elegantius diceret, ⲕⲟⲥⲙⲓⲕⲟⲥ'.

³ ⲛ̄ⲧⲉⲕⲙⲛ̄ⲧⲭⲣⲏⲥⲧⲟⲥ', *tuæ bonitatis*) Observa compendium ⲭⲣ̄ⲥ̄, quod valet ⲭⲣⲏⲥⲧⲟⲥ. Nominis vero ⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ compendium thebæis esse solet ⲭ̄ⲥ̄. Sed in memphiticis libris nonnunquam ⲭⲣ̄ⲥ̄ scribitur pro ⲭ̄ⲥ̄, *Christus*, ut videre licet Psalm. 2. vers. 3. in Diurno pag. 22, atque in Psalterio pag. 7.

⁴ ⲁⲩⲱ ⲁⲥϣⲱⲡⲉ) In græca etiam S. Pachomii Vita hæc superioribus proxime subiiciuntur.

⁵ ⲉⲧⲱⲥ ⲧⲉ, *la quale sia di essa*) Memph. ⲑⲱⲛ, *noster*: ⲑⲱⲓ, *mea*: ⲑⲟⲟⲩ, *la quale è di essi*. Sic thebaice, ⲧⲱⲥ: *la quale è di essa*.

⁶ ⲙ̄ⲡⲉⲥⲛⲟϫⲥ̄ ⲉϫⲱⲥ ϫⲓⲛⲧⲁⲥϣⲟⲙⲥ) Aliis hæc latine convertenda reservo, aut fortasse emendanda. Peritiores iudicabunt, utrum sensus sit: *super quo* (*indumento* scilicet) *ipsa non discubuerit ex quo tempore illud lavit*.

⁷ En iterum illud, ⲅⲁⲣ, de quo paulo ante.

⁸ ⲧⲙⲛ̄ⲧⲙⲟⲛⲁⲭⲏ', *la professione di monaca*. Et, ⲧⲙⲛ̄ⲧⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ', *la vita di monaco: la professione di monaco*.

⁹ ⲧⲛ̄ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ) An legendum: ⲛ̄ⲧⲁⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ, vel, ⲧⲁⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ, *et credo?*

ϥ̄ Pagina X.

ϫⲉ ⲥⲛⲁⲙ̄ⲧⲟⲛ
ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲥⲉⲓⲱⲧ [k]
ⲇⲉ ⲥⲉⲧⲙ̄ ⲛⲉⲓ
ϣⲁϫⲉ ⲁϥϣⲧⲟⲣ
ⲧⲣⲙⲛⲛⲥⲱⲥ
ⲁϥϭⲱ ⲉϥϩⲟⲧϩⲧ
ⲙⲙⲟⲥ ⲛⲧⲟⲥ ⲇⲉ
ⲁⲥϩⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲉⲓ
ⲙ̄ⲡⲉⲛⲧⲁⲥⲁⲁϥ
ⲁⲩⲱ ⲁⲥⲉⲣⲏⲧ
ⲉϩⲁⲣⲉϩ ⲛⲥⲁⲑⲏ
ⲉⲧⲙⲣⲛⲟⲃⲉ ⲉ̄

ⲡϫⲟⲉⲓⲥ · ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁϥϣⲗ̄ⲗ̄
ⲉⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛⲛⲉϩ
ⲁϥϫⲟⲟⲩϥ ⲛⲁⲥ
ⲉⲃⲟⲗ · ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲥ
ⲧⲁϩⲥ̄ [l] ⲇⲉ ⲙⲙⲟϥ
ϩⲛ̄ ⲟⲩⲡⲓⲥⲧⲓⲥ
ⲁⲥⲗⲟ ϩⲙ̄ⲡⲣⲁⲛ
ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ · : —
ⲁⲕⲉ ⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲓ
ⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ
ϣⲁⲣⲟϥ ⲉ̄ⲟⲩⲛ̄ ⲟⲩ

ⲇⲁⲓ·

ⲇⲁⲓⲙⲱⲛ' ⲥⲕⲗⲏ
ⲣⲟⲥ [2] ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄·
ⲁⲩⲱ ⲁϥⲁⲝⲓⲟⲩ ⲙ̄
ⲙⲟϥ ⲉⲧⲣⲉϥ
ϣⲗⲏⲗ ⲉϫⲱϥ
ⲛⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲛ
ⲓⲱⲧ [3] ⲇⲉ ⲡⲁϩⲱⲙ
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉ̄ⲑⲉ
ⲛⲉⲉⲧⲉ ⲁϥϫⲟⲟⲩ
ⲡⲥⲟⲛ ⲉⲧⲙ̄ⲡⲙⲁ
ⲙ̄ⲡⲣⲟ ϫⲉ ⲃⲱⲕ
ⲛ̄ⲅ ϫⲓ ⲟⲩⲟⲉⲓⲕ
ϩⲛ̄ ⲛⲟⲉⲓⲕ ⲛ̄ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲛ̄ⲅ ϫⲓⲧϥ
ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲁⲓ ⲉⲧⲉ
ⲣⲉ ⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ
ϣⲱⲛⲉ ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲅ [4] ϫⲟⲟⲥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ⲧⲙ̄ⲙⲉ ⲡⲉⲕ
ϣⲏⲣⲉ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̄
ⲡⲉⲓⲟⲉⲓⲕ ⲁⲩⲱ
ⲛ̄ⲅ ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϥⲛⲁ
ⲧⲁⲗϭⲟϥ : —

ADNOTATIONES.

[k] ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲡⲉⲥⲉⲓⲱⲧ etc.) ,, *Puellæ vero pater cum hæc verba ,, audisset, conturbatus est, ipsamque diutius (ac diligenter) examinavit: illa autem id confessa est quod perpetraverat, et promisit fore ut caveret in posterum ne in Dominum peccaret. Et ,, ita paululum olei (Pachomius) orando benedixit, illudque puellæ ,, foras misit: quæ ubi cum fide peruncta fuit, sanata est in nomine Domini. Quidam vero alius quoque filium suum a molesto ,, (ac pervicaci) dæmone vexatum ad eum adduxit, ipsumque rogavit, ut pro illo oraret. In Conventum autem ingressus Pater ,, noster Pachomius Fratrem (Monachum) ad Monasterii fores misit: Vade, inquiens, et inter Fratrum panes panem unum sume, eique affer cuius filius ægrotat, atque ipsi dicito: Filium ,, tuum ex hoc pane ciba, et in Dominum crede (*vel, *Domino ,, confide), et ipse sanabit eum. Adolescentis vero pater* ,, etc.

[1] ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉⲥⲧⲁϩⲥ̄) Vide pag. 41. huius voluminis: heic vero nota illud pronomen, ⲙ̄ⲙⲟϥ, quod ad ⲛ̄ⲛⲉϩ, *oleum*, refertur.

[2] ⲥⲕⲗⲏⲣⲟⲥ') Græcus quoque Scriptor habet: σκληρὸν δαίμονα ἔχοντα.

[3] ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ) Scribe, ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ'.

[4] ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲅ) Pag. 36. huius voluminis simul iuncta vidimus etiam, ⲁⲩⲱ, et ⲛϥ̄.

Pagina XI.

ϥ̄ⲇ̄

ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϫⲓⲧϥ̄ [1]
ⲇⲉ ⲛϭ̄ⲓ ⲡⲉⲓⲱⲧ
ⲙⲡϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ
ⲁϥⲟⲩⲱϣⲧ
ⲉⲣⲟϥ ⲛϣⲟⲙⲧ
ⲛⲥⲟⲡ · ⲙⲛ̄ⲛ̄
ⲥⲱⲥ ⲙ̄ⲡⲛⲁⲩ
ⲛⲧⲁⲡⲉϥϣⲏ
ⲣⲉ ϩⲕⲟ - ⲁϥϥⲓ
ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ϩⲙ̄ ⲡⲟ
ⲉⲓⲕ ⲁϥⲧⲁϩϥ [1]
ⲙⲛ ϩⲉⲛⲕⲉⲟⲓⲕ [2]
ⲁϥⲕⲁⲁⲩ ϩⲁⲣⲱϥ
ⲙⲡⲉϥϣⲏⲣⲉ
ⲛⲧⲉⲣⲉϥϩⲙⲟⲟⲥ
ⲇⲉ ⲉⲟⲩⲱⲙ ⲁϥⲟⲩ
ⲱⲙ ⲛⲛⲟⲉⲓⲕ ⲡⲉ
ⲧⲙⲙⲁⲩ ⲇⲉ
ⲙ̄ⲡⲉϥϫⲱϩ
ⲉⲣⲟϥ · ⲙⲛ̄ⲛ̄
ⲥⲱⲥ ⲁⲡⲉϥⲓⲱⲧ [3]
ⲟⲩⲱⲛ ⲛϩⲉⲛ
ⲃⲛ̄ⲛⲉ [4] ⲙⲛ ϩⲉⲛ
ϩⲁⲗⲱⲙ [5]. ⲁϥ
ⲛⲉϫ ϩⲉⲛⲕⲟⲩⲓ
ϩⲙⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉⲡⲉ
ⲥⲏⲧ ⲉⲣⲟⲟⲩ
ⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲇⲉ
ⲟⲛ ⲁϥⲟⲩⲱⲙ
ⲙ̄ⲙⲟⲟⲩ ⲁϥⲛⲉϫ
ⲡⲉⲧⲛ̄ϩⲏⲧⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲁϥⲟⲩⲱⲙ
ⲛⲛ̄ⲃⲛ̄ⲛⲉ ⲙⲛ̄
ⲛϩⲁⲗⲱⲙ ⲙ̄
ⲙⲁⲧⲉ · ⲁⲩⲱ ⲛ̄
ⲧⲉⲓϩⲉ ⲁϥⲕⲁⲁϥ
ⲛ̄ϭ̄ⲓ ⲡⲉϥⲓⲱⲧ
ⲛ̄ϩⲟⲟⲩ ⲥⲛⲁⲩ
ϩⲁ ⲡⲉϩⲕⲟ ϣⲁⲛ
ⲧⲉϥⲣ̄ ⲁⲧϭ̄ⲟⲙ
ⲁⲩⲱ ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ
ⲁϥⲡⲓⲥⲉ [6] ⲛⲁϥ
ⲛⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛⲟⲟⲩϣ [7]
ϩⲙ̄ⲡⲟⲉⲓⲕ ⲉⲧⲙ̄
ⲙⲁⲩ ⲁⲩⲱ ⲛ
ⲧⲉⲣⲉϥⲕⲁⲁϥ
ϩⲁⲣⲱϥ ⲁϥϩⲙⲟ
ⲟⲥ ⲁϥⲟⲩⲱⲙ

ADNOTATIONES.

[1] ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉϥϫⲓⲧϥ̄ etc.) „ *Adolescentis vero pater panem illum* „ *cum accepit, ter osculatus est: postea (vero), quando filium* „ *fame premi (sensit), paululum ex pane (benedicto) sumpsit, et* „ *cum aliis panibus miscuit, eosque filio apposuit: qui (ad men-* „ *sam) sedens cum comederet, (alios quidem) panes manducavit,* „ *illum vero (qui benedictus fuerat) non attigit. Dactylos postea,* „ *et recentes caseos (findens) ipsius pater aperuit, atque intra ip-* „ *sos (benedicti) panis frusta coniecit: filius vero hac etiam vice* „ *illos (quidem) comedit, (sed) quod intra ipsos erat, proiecit,* „ *et dactylos tantummodo, caseolosque manducavit. Itaque biduo* „ *ipsum pater fame premi sivit, (ac ieiunum reliquit), donec vi-* „ *rium omnino expers evasisset: postmodum autem parvam pultem*

„ *ex*

„ *ex pane illo (benedicto) confectam ei coxit: quumque ipsam filio*
„ *apposuisset, is (ad mensam) sedens illam comédit, instar homi-*
„ *nis* etc.

[1] ⲁϥⲧⲁϩϥ̄, *miscuit)* Memphitis ⲑⲱϧ, et ⲑⲉϧ est, *miscere*. De thebaico autem ⲧⲁϩ vide quæ dixi pag. 133. huius voluminis.

[2] ⲙⲛ̄ ϩⲉⲛⲕⲉ ⲟⲓⲕ, *cum aliis panibus)* Pro ⲟⲓⲕ scribe, ⲟⲉⲓⲕ.

[3] ⲁⲡⲉϥⲓⲱⲧ ⲟⲩⲱⲛ, *pater aperuit)* Scribe, ⲡⲉϥⲉⲓⲱⲧ pro ⲡⲉϥⲓⲱⲧ. Sic etiam paulo post.

[4] ⲛ̄ϩⲉⲛⲃ̄ⲛⲛⲉ̀) De thebaico nomine, ⲃⲛ̄ⲛⲉ, quatenus *palmam* arborem denotat, dixi pag. 55. huius voluminis: verum in hoc noni Fragmenti loco ϩⲉⲛ ⲃ̄ⲛⲛⲉ, ut equidem censeo, sunt ipsius palmæ fructus, nempe dactyli. Græcus Vitæ S. Pachomii Scriptor habet: φοινίκια: quam vocem Cardonus interpretatur, *mala punica*: sed et ipsa, meo quidem iudicio, *dactylos* designat.

[5] ⲙⲛ̄ ϩⲉⲛ ϩⲁⲗⲱⲙ', *et caseos*, vel, *caseolos) Caseum* Lacrozius ex Kirchero memphitice vocat ⲁⲗⲱⲙ: thebæi aspirationem initio addunt, ut hinc disco: quod in aliis etiam vocabulis hos facere vidimus, ut, exempli gratia, in ϩⲁⲙⲟⲓ. Græcus vero scriptor a Papebrochio editus hæc narrans habet: τυρία χλωρὰ: Cardonus autem vertit: *caseolos virides*. Sed quid sint *caseoli virides*, nescire me fateor: equidem vertendum existimo: *caseolos recentes*: namque Aristophani in Ranis χλωρὸς τυρὸς est *caseus* νεοπαγής, *recenter coagulatus*, *recens*, *tener ac mollis*.

[6] ⲁϥⲡⲓⲥⲉ) Verbum ⲡⲓⲥⲉ nondum alibi reperi. Ideo autem transtuli, *coxit*, quia memphitice ⲫⲟⲥⲓ valet etiam *coquere*: thebæi vero dicunt ⲡⲟⲥⲉ apud Tukium pag. 204.

[7] ⲛ̄ⲟⲟⲩϣ) Græcus scriptor habet, ἀθήραν. Itaque ⲟⲟⲩϣ *pultem* denotare videtur.

ϥ̄ⲃ̄ Pagina XII.

ⲛ̄ⲑⲉ^m ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲣⲉ
ⲡⲉϥϩⲏⲧ [1] ⲥⲙⲟⲛⲧ
ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ ⲁϥϫⲉⲩ [2]
ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛ̄ⲛⲉϩ ⲙ̄
ⲡⲉⲛⲓ̈ⲱⲧ [3] ⲡⲁ
ϩⲱⲙ ⲁϥϣⲗⲏⲗ

ⲉϫⲱϥ · ⲛⲧⲉⲣⲉ
ⲡⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲇⲉ ⲱⲃϣ
ⲁϥⲧⲁϩⲥϥ̄ ⲛ̄ϭⲓ ⲡ
ⲉⲓⲱⲧ ⲁⲩⲱ ⲁϥⲙ
ⲧⲟⲛ ϩⲙ̄ⲡⲣⲁⲛ ⲙ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓ̅ⲥ̅ ⲁϥⲃⲱⲕ

 ⲉⲡⲉϥ-

ⲉⲡⲉϥⲙⲁ ϩⲛ̄ ⲟⲩⲉⲓ
ⲣⲏⲛⲏ ·: —
ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ [4] ϩⲉⲛⲕⲉⲙⲏ
ⲏϣⲉ ⲟⲛ ⲛⲧⲁⲗϭⲟ
ⲁⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲁⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗ
ϩⲓⲧⲟⲟⲧϥ̄ · ⲁⲩⲱ
ⲉⲥϣⲁⲛ ϣⲱⲡⲉ ⲟⲛ
ⲛϥ̄ϣⲗⲏⲗ ⲉϫⲛ ⲟⲩⲁ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉϥⲟⲩϫⲁⲓ
ⲛⲧⲉⲧⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ϯ ⲛⲁϥ ⲙ̄ⲡⲉϥⲁⲓ
ⲧⲏⲙⲁ ⲛⲉⲙⲉϥⲙ̄
ⲕⲁϩ ⲛ̄ϩⲏⲧ ϫⲉ ⲙ
ⲡⲉϥⲥⲱⲧⲙ̄ ⲉⲣⲟϥ
ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥϣⲗⲏⲗ ⲛ
ⲧⲟϥ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ
ϫⲉ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲙⲁ
ⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ · ⲁⲩⲱ
ⲁϥϩⲙⲟⲟⲥ ⲛⲟⲩϩⲟⲟⲩ
ⲁϥϣⲁϫⲉ ⲙⲛ ⲛⲉ
ⲥⲛⲏⲩ ⲉϥϫⲱⲙ
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲡⲣⲙⲉ
ⲉⲩⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲛ̄ⲧⲁⲗϭⲟ
ⲛⲥⲱⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲛ
ϫⲉ ϩⲉⲛⲧⲁⲗϭⲟ ⲛⲉ
ⲁⲗⲗⲁ ⲛ̄ⲧⲁⲗϭⲟ
ⲛⲁⲙⲉ ⲛⲉ ⲛⲧⲁⲗ
ϭⲟ ⲙⲡⲛ̄ⲁ̄ⲧⲓⲕⲟⲛ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲛⲉⲯⲩⲭⲏ
ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲅⲁⲣ ⲙ
ⲡⲟⲟⲩ ⲉϥⲟ ⲛⲃⲗ̄ⲗⲉ
ϩⲙⲡⲉϥϩⲏⲧ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲧⲙⲛ̄ⲧ
ⲣⲉϥϣⲙ̄ϣⲉ ⲉⲓⲇⲱ
ⲗⲟⲛ · ⲙⲛ̄ⲛⲥⲱⲥ
ⲛ̄ⲥⲉ ϫⲓⲙⲟⲉⲓⲧ
ϩⲏⲧϥ̄ · ϩⲓ ⲧⲉ
ϩⲓⲏ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ϣⲁⲛⲧⲉϥⲛⲁⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛϥ̄ⲥⲟⲩⲛ
ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁ
ⲙⲉⲓⲟϥ · ⲁⲣⲁ ⲛ̄ⲟⲩ
ⲧⲁⲗϭⲟ ⲁⲛ ⲡⲉ

ADNOTATIONES.

[m] ⲛ̄ⲑⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉϥϩⲏⲧ etc.) „ *instar hominis, cuius* „ *animus sedatus sit. Postea (vero) parum olei a Patre nostro* „ *Pachomio cum orationibus benedicti sibi afferri curavit (infirmi)* „ *pater, dumque ille sopore premebatur, ipsum inunxit: et quie-* „ *tem (ægrotus) recuperavit in nomine Domini Jesu: itaque in lo-* „ *cum suum ivit (domum rediit) in pace. Quin multas quoque* „ *alias curationes (sanationes) per ipsum (Pachomium) Dominus* „ *operatus est. Ac si contingebat etiam, ut pro alicuius salute* „ *oraret, ac petitionem ipsius* (vel, *quod petebat*) *Dominus ei non* „ *concederet, animo non affligebatur ex eo quod exauditus non fuis-* „ *set, sed in suis orationibus illud addebat:* Fiat voluntas tua. „ *Et quodam die (coram Fratribus) sedens, eos in hunc modum* „ *allocutus est. Ne existimetis, inquit, (solas) corporales* (vel, „ *corporum) curationes esse sanationes: sed spiritales curationes,* „ *quibus animæ sanantur, eæ verè sunt sanationes. Alicuius enim* „ *hominis cor ab idololatria excæcatum sit, et eiusdem postmodum*

„ *cor*

„ *cor in viam Domini deducatur, donec visum recuperet, suumque* „ *agnoscat Creatorem: nonne hæc perpetua quædam curatio est, et* „ *quædam salvatio (sanatio)? Quidam vero alius* „ etc.

[1] ⲡⲉϥϩⲏⲧ) Ex ægyptio vocabulo ϩⲏⲧ, *cor*, græcos suum, ἦτορ, fecisse coniicit Barthelemyus pag. 416. tomi atque opusculi superius citati. *Quelquefois* (inquit) *les Grecs terminoient en ορ les noms en ος: parmi eux* ἦτορ *signifioit* le coeur: *retranchons la terminaison, nous aurons* ϩⲏⲧ (*het*): *c' est le nom que suivant Horus Apollo, et les monumens de leur langue, les Egyptiens donnoient au coeur.*

[2] ⲁϥϫⲉⲩ) Significare videtur hoc in loco: *mandò a prendere.* Apud Tukium pag. 163. ϫⲉⲩ thebaice est, *mittere.*

[3] ⲙ̄ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ) Scribe, ⲙ̄ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ.

[4] ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ) Ne heic quidem particula ⲅⲁⲣ verti commode potest, *enim.*

Pagina XIII.

ϥ̄ⲅ̄

ⲛ̄ϣⲁⲛⲉϩ ⲙⲛ̄
ⲟⲩⲟⲩϫⲁⲓ·:—
ⲕⲉⲟⲩⲁ [n] ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉϥⲟ ⲛ
ⲙⲡⲟϩⲙ̄ⲡϭⲟⲗ [1]
ⲉⲛϥ̄ϣⲁϫⲉ ⲁⲛ
ϩⲛ̄ⲧⲙⲉ · ⲁⲩⲱ
ⲛⲥⲉⲧⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲉⲓⲁⲧϥ̄ [2] ⲉⲃⲟⲗ
ⲉⲧⲣⲉϥ ⲙⲟⲟϣⲉ
ϩⲙ̄ⲡⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲛ
ⲙⲏ ⲟⲩⲧⲁⲗϭⲟ
ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲉⲓⲕⲉⲧ
ⲕⲉⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉⲣⲉ
ⲛⲉϥ.. ϣⲟⲟϭⲉ [3]
ϩⲙ̄.... ϣϥ̄
ⲛⲛⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲙ̄
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ · ⲉⲩ
ϣⲁⲛⲧⲥⲁⲃⲉ
ⲉⲓⲁⲧϥ̄ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϥ̄
ⲣϩⲱⲃ ⲉⲡⲁⲅⲁ
ⲑⲟⲛ ⲁⲣⲁ ⲛⲟⲩ
ⲧⲁⲗϭⲟ ⲁⲛ ⲡⲉ

ⲡⲉⲓⲕⲉⲧ·:—
ⲕⲉⲟⲩⲁ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲉϥⲟ
ⲙ̄ⲡⲟⲣⲛⲟⲥ ⲁⲩⲱ
ⲛϫⲁⲥⲓϩⲏⲧ
ⲉⲩϣⲁⲛⲧⲟⲩ
ⲛⲟⲩⲉⲓⲁⲧϥ̄ ⲉⲃⲟⲗ
ⲉⲧⲉϩⲓⲏ ⲙ̄ⲡⲱ
ⲛ̄ϩ ⲛϥⲙⲉⲧⲁ
ⲛⲟⲉⲓ · ⲙⲏ ⲛⲟⲩⲛⲟϭ
ⲛⲧⲁⲗϭⲟ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲉⲓ
ⲕⲉⲧ · ⲁⲥϣⲱⲡⲉ
ⲇⲉ ⲛⲟⲩϩⲟⲟⲩ ⲉⲣⲉ
ⲡⲉⲛⲉⲓⲱⲧ
ⲡⲁϩⲱⲙ ϩⲓⲟⲩ
ⲙⲟⲟⲩ [4] ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲉⲓⲉϩⲱ̄ [5] ⲕⲁⲙ [6] ⲉⲣⲉ
ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ϩⲱ
ⲱϥ ⲥⲟⲃⲧⲉ [7] ⲛ
ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ · ⲁⲩⲱ
ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ ⲁϥⲉⲓ
ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ̄ⲣⲟⲩϩⲉ
ⲛⲟⲩϩⲟⲟⲩ · ⲁϥ

ⲚⲞϪϤ ⲈⲨⲦⲘⲎ [8]
ⲀϤⲚ̄ⲔⲞⲦⲔ̄ Ⲛ̄ϬⲒ
ⲠⲈⲚⲈⲒⲰⲦ ⲠⲀ
ϨⲰⲘ ⲈⲢⲈⲠⲈϤ
ⲤⲰⲘⲀ ⲚⲈ [9] ϨⲈⲢ
ⲘⲞⲚ̄Ⲧ ·:—
ⲀⲐⲈⲞⲆⲰⲢⲞⲤ ⲈⲒⲚⲈ
ⲚⲞⲨⲠⲢⲎϢ Ⲛ̄
ϤⲰ ⲀϤϨⲞⲂⲤϤ ⲈϪⲰϤ

ADNOTATIONES.

[n] ⲔⲈ ⲞⲨⲀ ⲆⲈ etc.) „ *Quidam vero alius mendacio addictus* „ *vera* (*in veritate*) *loqui non consueverat*: *isque admonetur* (*ac* „ *persuadetur*) *ut in iustitia ambulet*: *nonne alia sanatio hæc* „ *etiam est? Rursum vero alius in adimplendis Dei præceptis se-* „ *gnis est* *: (*quod*) *si quis eum doceat*, *atque ad bona opera* „ *agenda inducat*, *nonne et hæc alia sanatio est? Alius vero etiam*, „ *qui scortator sit*, *atque superbus*, *si in viam vitæ reducatur*, „ *et* (*resipiscens*) *pœnitentiam agat*, *nonne hæc quoque magna* „ (*quædam*, *ac mira*) *curatio est? Contigit autem quadam die*, „ *ut Pater noster Pachomius una cum Fratribus pergeret per aquam* „ *ad metendos iuncos. Theodorus quoque ad parandas* (*instruendas*) „ *Fratribus* (*mensas illuc venerat*). *Et* (*aliquanto*) *post quodam* „ *die ad vesperam* (*reversus ab opere*) *et in cellam* (vel, *tugu-* „ *rium*) *ingressus Pater noster Pachomius*, *in psiathium*, *ut decum-* „ *beret*, *se se coniecit*, *quia corpus eius algens evaserat*. *Stragu-* „ *lam* (*vero*) *e pilis contextam attulit Theodorus*, *eamque supra* „ *ipsum sternens eumdem cooperuit*. (*At*) *dixit ei* (*Pachomius*) „ etc.

[1] ⲈϤⲞ Ⲛ̄Ⲙ̄ⲠⲞϨ Ⲙ̄ⲠϬⲞⲖ) Locutionis huius vim atque derivationem peritiores certius indicabunt. Græcus scriptor habet: *μόγγος ὢν τῷ ψεύδει*.

[2] Ⲛ̄ⲤⲈⲦⲞⲨⲚⲞⲨⲈⲒⲀⲦϤ) Bis hac ipsa in pagina huiusmodi locutione utitur ægyptius noster. Apud Tukium vero pag. 28. quod in græco Textu Matth. II. 12. legitur, χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, et in Vulgata Interp. *responso accepto in somnis*, id thebaice vertitur: ⲀⲨⲦⲞⲨⲚⲈⲒⲀⲦⲞⲨ ⲈⲂⲞⲖ ϨⲚ̄ ⲞⲨ ⲢⲀⲤⲞⲨⲒ: ubi pro memphitico ⲢⲀⲤⲞⲨⲒ legendum puto thebaice ⲢⲀⲤⲞⲨ, sicut scriptum videbis apud Tukium ipsum et mox ibidem, et pag. 242. ϨⲚ̄ ⲞⲨ ⲢⲀⲤⲞⲨ, et memphitice ϦⲈⲚ ⲐⲢⲀⲤⲞⲨⲒ, *in visione*: *in somnis*: *in sogno*. Simili modo eadem pag. 28. vox χρηματισθεὶς vertitur thebaice: ⲀⲨⲦⲞⲨⲚⲈⲒⲀⲦϤ ⲈⲂⲞⲖ. Vide etiam pag. 24. ubi ⲦⲰⲞⲨⲚ Ⲛ̄ⲈⲒⲀⲦϤ, et ⲦⲞⲨⲚⲈⲒⲀⲦϤ vertitur a Tukio, *oraculum*, *revelatio*, *cordis erectio*, et *aspectus elevatio*.

[3] Mem-

[3] Membranæ frustum hoc in loco partim lacerum, partim ita male habitum, ut duorum versuum, decimiquarti nempe, et insequentis extremæ utrinque literæ tantum supersint. Græcus scriptor heic habet: *ἄλλος δὲ τῇ ἀργίᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ τὰς χεῖρας βεβλαμμένος*. Sed hæc quoque tam parum clara sunt, ut de mendo suspicer.

[4] ϩⲓ ⲟⲩⲙⲟⲟⲩ) Ita scripsisse librarium, certo affirmare nequeo: cum enim læsa hoc etiam in loco fuerit membrana, ex octo hisce elementis certa non sunt, clarissimeque exarata nisi priora quinque ϩⲓⲟⲩⲙ, et postremum ⲩ: duo autem intermedia, ⲟ ⲟ, obscura sunt. Græcus scriptor heic habet, *ἐν νήσῳ*, *in insula*.

[5] ⲉϩ̄ⲥ) Memphitice ⲱⲥϧ est *metere*. Scribunt Memphitæ etiam per ⲟ micron: et in Pontificali part. 2. pag. 378. *falx messoria* dicitur ⲟⲥϧ, *messis* vero ⲱⲥϧ. Thebæi transpositis literis dicunt ⲉϩ̄ⲥ, ut hinc disco, et ⲱϩ̄ⲥ, ut videbis pagina 96. seu postrema huius Fragmenti, et ap. Tuk. pagg. 20, et 583.

[6] ⲉϩ̄ⲥⲕⲁⲙ est, *metere iuncos*. Græcus scriptor heic habet, *θερίσαι θροῖα*. Vide ibi adnotationem Papebrochii, multoque magis Ducangium in *θροία*, et Lexicographos in *θρίοι*, in *θρίον*, et in *θρία*: nec enim meum est græca nunc illustrare. Nomen vero ⲕⲁⲙ Kirchero notum fuit, qui, ut est apud Lacrozium, vertit: *iuncus ex quo fiunt funes*. Ex duobus autem vocabulis unum duntaxat fecisse mihi videntur Thebæi, ⲉϩ̄ⲥⲕⲁⲙ. De hisce porro iuncis, quos Tabennesiotæ monachi cædebant, mentionem facit S. Pachomius in Regula. *Si mattas operabuntur* (inquit cap. 26.), *interrogabit minister ad vesperum præpositos... Et sic infundet iuncos... Et, si mane viderit aliis quoque iuncis opus esse, infundet eos.*

[7] ϩⲱⲱϥ ⲥⲟⲃⲧⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ) Græcus scriptor clarius: *ἑτοιμάζων τὰς τραπέζας*, *præparans mensas*. Ægyptius *mensæ* vocabulum omittit. Ita in nostris quoque dialectis verbum, *apparecchiare*, solitarium significat *mensam parare*, seu *instruere*.

[8] ⲁϥⲛⲟϫϥ̄ ⲉⲩⲧⲙⲏ, *si gettò sopra una stuora*) Vocabulum hocce, ⲧⲙⲏ, quod mox rursus occurret, nondum alibi inveni. Interpretor, *psiathium*, sive *stoream*, seu *mattam*. Nam primum quidem Sanctus Pachomius ipse in Regula, cuius ante alios erat observantissimus, capite 88. *Præter psiathium* (inquit), *idest mattam, in loco cellulæ ad dormiendum nihil aliud omnino substernet*. Deinde græcus scriptor etsi hoc in loco nihil habeat quod voci, ⲧⲙⲏ, respondeat (ait enim duntaxat, *κατακειμένῳ*, *decum-*

decumbenti, iacenti); mox tamen ubi ægyptius noster rursus nominat ⲧⲙⲏ, ipse habet, ψιάθιον, *psiathium*.

[9] ϩⲉⲣⲙⲟⲛⲧ) Græcus habet, ῥιγῶντι, *rigenti*. Hac de causa ϩⲉⲣⲙⲟⲛⲧ denotare censeo, *algentem; algore correptum, rigentem: intirizzito*.

ϥⲁ̅ Pagina XIV.

ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ϥⲓ ⲡⲁⲓ ⲙ̅ⲙⲁⲩ
ϩⲓϫⲱⲓ ⲁⲩⲱ ⲛ̅ⲅ
ϩⲟⲃⲥⲧ̅ ⲛⲟⲩⲧⲙⲏ
ⲛⲑⲉ ⲛ̅ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ - ϣⲁⲛⲧⲉ
ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ϯⲡⲉⲙ
ⲧⲟⲛ - ⲛⲧⲟϥ ⲇⲉ
ⲁϥⲉⲓⲣⲉ ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ
ⲛ̅ⲧⲁϥϫⲟⲟⲥ
ⲙⲛⲛⲥⲱⲥ ⲁϥⲙⲉϩ
ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲛ̅ⲃⲛ̅ⲛⲉ [1]
ⲁϥⲥⲟⲟⲩⲧⲛ̅ ⲉⲣⲟϥ
ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲁⲣⲏⲩ ⲕⲛⲁ̅ϣⲟⲩ
ⲉⲙ ⲥⲛⲧⲉ · ϫⲉ ⲙ
ⲡⲉⲕⲟⲩⲱⲙ ⲙⲡⲉⲓ
ⲛⲁⲩ · ⲛ̅ⲧⲟϥ ⲇⲉ
ⲙ̅ⲡⲉϥϫⲓⲧⲟⲩ
ⲁⲗⲗⲁ ⲁϥⲟⲩⲱϣ̅ⲃ
ⲛⲁϥ ϩⲛ̅ ⲟⲩⲛⲟϭ̅
ⲛ̅ⲙⲕⲁϩ ⲛ̅ϩⲏⲧ
ϫⲉ ⲉⲡⲉⲓⲇⲏ ⲉⲣⲉ
ⲡϩⲓⲥⲉ ⲛ̅ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲛ̅ⲧⲟⲟⲧⲛ ⲙ̅ⲛ
ⲛⲉⲩⲭⲣⲓⲁ ⲉⲧⲣⲉⲛ
ⲟⲓⲕⲟⲛⲟⲙⲉⲓ ⲙ̅
ⲙⲟⲟⲩ · ⲁⲛⲟⲛ
ϩⲱⲱⲛ ⲉⲛⲉⲓⲣⲉ
ⲙⲡⲉⲛⲙⲧⲟⲛ
ⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ ·
ⲉⲥⲧⲱⲛ ϭⲉ ⲧⲉ
ⲛⲟⲩ ⲑⲟⲧⲉ ⲙ̅
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ · ⲁⲣⲁ
ⲁⲕⲙⲉϣⲧ [2] ⲛⲕⲁ
ⲗⲩⲃⲉ [3] ⲛ̅ⲛⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲙ̅ⲡⲉⲓ ⲛⲁⲩ ϫⲉ
ⲙⲛ ⲟⲩⲟⲛ ϣⲱ
ⲛⲉ ⲛ̅ϩⲏⲧⲟⲩ
ⲙ̅ⲡⲣ̅ⲙⲉⲉⲩⲉ ϫⲉ
ⲟⲩϩⲱⲃ ⲉⲛⲉⲗⲁ
ⲭⲓⲥⲧⲟⲛ ⲛⲉ
ⲛⲉⲛⲧⲁⲕⲥⲟⲟⲩ
ⲧⲛ ⲙ̅ⲙⲟⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ
ⲕⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲟⲩⲕⲣⲓ
ⲧⲏⲥ ⲡⲉ ⲡⲛⲟⲩ
ⲧⲉ ⲉⲧⲣⲉϥϣⲓⲛⲉ
ⲛ̅ⲥⲁ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ
ⲁⲩⲱ ⲁϥϭⲱ ⲉϥ
ⲛⲏϫ [4] ⲉϥϣⲱⲛⲉ
ϣⲁⲛⲧⲉϥⲣ̅
ϩⲟⲟⲩ ⲥⲛⲁⲩ ⲙ̅

ADNOTATIONES.

[0] ⲁⲩⲱ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ etc.) „ *Et dixit ei (Pachomius): Tol-*
„ *le (aufer) stragulam hanc quam mihi imposuisti, et, donec re-*
„ *quiem (mihi) Dominus dederit, contege me storea, sicut Fra-*
„ *tres omnes conteguntur. Theodorus vero fecit ut dixerat (iusse-*
„ *rat*

„ *rat Pachomius*): *Deinde dactylis* (vel, *palmæ fructibus*) *suam*
„ *ipsius manum implevit, eosque Pachomio porrexit, inquiens: Da-*
„ *ctylorum par comedere forsitan poteris: etenim ad hanc usque ho-*
„ *ram nullum sumpsisti cibum. Eos vero accipere* (*noluit Pacho-*
„ *mius*), *sed vehementer contristatus* (*atque animo afflictus*) *re-*
„ *spondit in hunc modum: An quia Fratrum operibus* (*laboribus*),
„ *eorumque necessitatibus dirigendis præfecti sumus,* (*Theodore*),
„ *ideo requiem inde nobis,* (*et delicatiorem cibum*) *ex iis compa-*
„ *rabimus? Ubinam ergo nunc est timor Domini? Num Fratrum*
„ *casas* (*tuguria, mapalia*) *circumivisti* (*iam, ac perlustrasti*)
„ *hac hora, ut nullus in eis ægrotus sit? Minimi momenti rem*
„ *esse cave existimes eos* (*dactylos*) *quos mihi nunc porrexisti:*
„ *etenim eo usque iudex est Deus, ut omnia inquirat. Et ægrotus*
„ *decumbere* (*in psiathio iacens*) *perrexit* (*Pachomius*) *donec bidu-*
„ *um sine cibo* (*ieiunus, nihil comedens*) *transegit. Ac surge-*
„ *bat* „ etc.

[1] ⲚⲂⲚⲚⲈ) Dactylos hac voce denotari dixi iam superius. Græcus scriptor hoc in loco habet: *δράκα φοινίκων*: *un pugno di datteri*: quod ægyptii nostri sententiam optime exhibet. Verum Cardonus vertit: *pauca grana mali Punici*: quæ interpretatio aliena videtur non solum a nostro ægyptio, quem ipse non viderat, sed et a græci scriptoris mente.

[2] ⲁⲕⲙⲉϣⲧ, *perlustrasti*: *pertranseundo observasti*) Græcus scriptor: *ἆρα διῆλθες*. Verbum vero ⲙⲉϣⲧ hoc ipso sensu acceptum habemus in memphitica Translatione Act. XIX. ubi græcus Textus habet: *διελθόντα*.

